15 Item quæro si quis simpliciter vēdidit equum vel mulā an videatur vendere sellā & frēnu? in quo arti. resolutiuē. dico, q̄ si tēpore venditionis ostēditur emptori cū sella, vel frēno, vel alio ornamento, q̄ oīa illa videntur vēdita & debēt tradi emptori: quia tacitē videt actū q̄ veniant in vēditione, & accessorie accedūt & cohērent rei vēdītā. Si vero ostēdatur nudus & sine sella, vel frēno: ita videtur venditus & non debetur aliquod ornamenti: & idem est qñ venditur in absentia, quia si nihil actū est nō debetur sella, nec frēnum, ita probat tex. nota. & expressus in. l. ædiles. la. 2. vers. 1. ff. de ædi. ædicto, cuius verba sunt. vtiq; si optimē ornata vendendi cauſa fuerint ita emptorib⁹ tradanf: & ibi notat Odo frē. Bal. Ange. Sali. Fulg. & cōmu. doc. tex. in. §. vēdēdi. eiusdē legis. tex. in. l. eū qui. §. nō solū. ff. defurtis. & ibi notat Bar. & alij docto. per quæ iura: ita tenet Guillel. Albe. Pau. & cōmu. docto. in. l. si vt certo. §. si vñq; adeo. ff. cōmodati. Bald. Sali. & alij docto. in. l. 2. C. de ædili. æctio. q̄ intellige nisi aliud sit de consuetudine loci secundū prædictos doctores. vbi suprà.

16 Item quæro si quis vēdidit prædiū vel fundum ad modū vel iugera & postea uō inueniantur in eo tot. modi vel iugera an vendor teneatur supplere vel pretiū minuere in quo arti. notabili & quotidiano resolutiuē dico sic, q̄ si talis vēdītor simpliciter vēdidit prædiū vel fundū vno & eodē pretio dicēdo q̄ habebat tot iugera līcēt tot nō inueniātur non tenetur supplere, nec pretiū minuere: sed totū pretiū conuentū habebit, quia intētio partiū fuit se referre ad certam speciem vel corpus, non ad illam mensuram, & quidquid intra illud cōtinetur & reperitur cōclusum, videtur venditū arguī. text. in. l. æde sacra versicu. 1. ff. de contra. emptio. item etiam: quia talis assertio vel demonstratio falsa non censetur finalis inter cōtrahentes, vt vitiet dispositionem. argumē. tex. cum materia, in. l. demonstratio falsa. de conditio & demonstr. Si vērō talis vendor vendit prædiū, vel fundū non simpliciter, sed admodum, vel numerum

## Tomi. II. Cap. II.

numerum, dicendo quod habebat tot iugera pro certo & determinato pretio pro quolibet iugerum, tunc, si tot non inueniantur, tenetur supplere iugera vel pretium minuere, quia intentio partium fuit se referre ad numerum non verò ad ipsam speciem vel corpus: vnde secundū numerum debet fieri solutio, & assignatio rei non minuit, neq; auget contractum, vel dispositionem. argumen. tex. in. l. quidam testamento. ff. de legatis. i. & in. l. si fundum sub conditio ne. §. si libertus: eodem tit. & in expresso istam senten. & conclu. probat tex. in. l. qui fundum. §. qui agrum. ff. de contra. emptio. cuius verba sunt. Qui agrum vendebat, dixit fundi iugera decem, & octo esse, & quod eius ad mensuram erit ad singula iugera certum pretiu stipulatus erat. viginti inuenta sunt, pro viginti deberi per cuniam respondi. & ibi notat & commendat glos. ord. Bart. Albe. Bald. Paul. Fulgo. Salic. & commu. docto. tex. in. l. Rutilia Pola. eod. titu. & ibi etiam docto. tex. in. l. 4. §. si modus. ff. de actio. empti & ibi commu. doct. & in expresso per praedicta iura istam senten. & conclusionē tenet Oldal. in consiliis suis consi. 197. specu. & ibi Ioan. Andr. in additio. eius in titu. de empti. & vendi. §. l. fi. colu. vers. super quo notat Albe. in. l. comprehensum. ff. de contra. emptio. Bart. in. l. Julianus. §. si Titius. ff. de actio. empti. Sali. in. l. qui fundum. §. qui agrum. ff. de contra. emp. Bal. in Rubri. C. de contra. emptio. pe. colu. 22. quæst. Sali. in. l. 2. C. eod. titu. penul. q. Abbas in cap. per tuas de dona. 2. colu. nu. 9. & ibi Imola. fi. colu. & ibi commu. alij docto. Paul. de Eleazar in cap. fi. de emptio & vendi. sic Cinus in. l. demonstratio falsa. ff. de condi. & demonstr. 3. colum. Iason in. l. 1. C. de Summa Trini. & Fide Catho. 1. lectura. 2. col. num. 4. idem Iason. in. l. si fundū sub conditione. §. si libertus. ff. delega. 1. fi. col. Alex. in cōsi. 133. 1. vo. 8. col. & consi. 120. 2. volu. in quibus locis praedicti docto. reputant singulare & quotidianum in practica.

17 Item quæro an in contractu emptio. & venditionis, vel quolibet alio requiratur scriptura. in quo artic. resolutiue dico, q̄ nō: nisi in casibus in iure expressis & determinatis. tex. est formulis & expressus in. l. pactum quod bona fide. C. de pactis. tex. in. l. in exercēdis. C. de fide instr. cum pluribus aliis nisi in casibus specialibus, de quibus ibi per doctores. & Latius per glossam singularem & magistram in cap. 1. de sensib. lib. 6. q̄ intellige præterquam si partes dicant, q̄ fiat scripturæ, quia tunc emptio & venditio, nec alius contractus valebit ante perfectionem & absolutionem eius. tex. est capita

lis & expressus in. l. cōtra factus. C. de fide instr. & ibi gloss. ordin. & commu. docto. tex. in. §. l. insti. de emptio. & vendi. & idem disponit tex. in. l. 6. titu. 5. 5. parti. & adde, q̄ hoc debent dice re partes in ipso contractu vel ante: secus vero si postea contractu iam perfecto & absoluto, quia tunc tantum requiritur ad effectu probatinis. ita tenet & declarat gloss. ordi. in dicta. l. contractus & ibi commu. docto. immo postea licet partes nihil dicant potest vna alteram compellere, vt inter eas fiat scriptura pro faciliori probatione, quia quod sibi non nocet, & alteri prodest, cogitur quis facere, vt in. l. 1. §. denique el. 1. ff. de aqua public. & ibi gloss. ordi. quæ plura alia iura allegat & commu. docto. & in ter. ita tenet gloss. ord. in. l. 2. ff. solu. matrimo. in verbo suspectum & ibi commu. docto. gloss. etiam in. l. Chirographis. ff. de admini. tuto. gloss. etiam in. l. pupillus. ff. de noua. tenet etiā Bart. & commu. doct. in. l. si finita. §. eleganter. ff. de damno infecto: quo casu adde, & nota q̄ nontenetur se obligare cu clausula garatigia. ita singulariter tenet Ange. in. l. in omnibus. ff. de iudi. quem sequuntur co muniter alij docto. ex quibus infertur q̄ eo ca su, quo partes dicunt in ipso contractu vel ante q̄ fiat scriptura, possunt licetē recedere ante quā fiat, & absoluatur talis scriptura: quia ante nullum ius actio, vel obligatio fuit alicui parti quæsumit. Secundo infertur, q̄ postquam facta est scriptura, non agetur ex illo contractu ex tempore conuentionis: sed ex tempore perfectæ scripturæ, tertio infertur q̄ si tempore conuentionis erat unus conductor gabella, tempore re vero scripturæ factæ alias, q̄ gabella talis contractus pertinebit secundo conductori, & nō. Quarto infertur q̄ si res vedita sit patrimonii, nouē dies, qui dantur ad retrahendum, currūt à tempore factæ scripturæ quando fuit à partibus requisita. de quo te remitto ad materiæ retractus quam posui in legibus Tauri. & praedicta probantur in dicta. l. contractus & in specie tenet & declarat ibi Pau. de Cas. 3. col. nu. 9. idem Pau. in. l. cūm res. C. de proba. 1. col. nu. 4. idem Pau. in. l. qui vis. ff. de verbo obliga. 2. col. nu. 2. 18 Item quæro an in contractu emptio & venditionis requiratur arra, vel si interueniat quem effectum habeat. In quo articulo resolutiue di co q̄ pro forma & substantia contractus non requirit: sed recte, & iuridice sine ea potest celebrari. text. est in. l. quod sape. ff. de cōtra. empt. cuius verba sunt. quod sape arra nomine pro emptione datur nō eo pertinet, quasi sine arra conuenio nihil proficiat, sed vt evidentius probari possit cōuenille de pretio, & ibi notat glo.

misi quæro in factus est, re factus ordi.  
impugnari quer. ab 3 ḡ 94 n° 17 m  
fine ac seq

ordinaria. Barto. Albe. Bald. Fulgo. & cōmuni-  
ter doct. Siverò interueniat arra, similiter valet  
& tenet contractus, & habet virtutē & effectū  
q̄ in dubio inducit, & operatur pr̄sumptio-  
nem contractus celebrati, vt probatur in dicta  
l. q̄ sape & ibi tenet communis opinio: du-  
biū tamen maximum est, an eo casu quo in-  
teruenit arra, possit aliqua pars recedere à con-  
tractu: & breuiter, & resolutiū dico, q̄ si con-  
tractus non fuit perfectus & absolutus: sed tan-  
tum interuenerunt verba preparatiua contra-  
ctus, vel dictum & conuentū fuit, q̄ fieret scrip-  
tura: tunc quālibet pars potest recedere à con-  
tractu, & perdit arram quam dedit. Et si par-  
tem quā recepit, pœnitēat, perdit eam dupli-  
cam: quia tenetur reddere arram quam recepit  
& tantudem ex suo patrimonio. tex. est ex-  
pressus in dicta l. contractus. §. illud. C. de fide  
Instru. & ibi glo. ordi. Odofre. Pe. Cinus, Iaco.  
Butri. Albe. Bar. Bal. Paul. Sali. & communiter  
doct. tex. in. §. i. versic. fi. Insti. de emp. & vendi-  
tio. Si verò contractus fuit perfectus & cōsum-  
matus, & ultra hoc interuenit etiam arra, sunt  
dubia & diuersæ opinions. Prima, q̄ si aliqua  
pars vult recedere, amittit arram, & tenetur ad  
totale interesse. Ita tenet Cinus in dict. §. Illud  
secunda col. 7. q. & ibi Albe. & alij plures doct.  
quos ipse refert. Secūda principalis opinio est  
q̄ pars quā contradicit, & vult recedere à con-  
tractu, perdat arram, & teneatur ad interesse:  
sed arra debet in eo computari, & istam tenet  
Azo. & alij quos refert glo. ordinaria in dict. §.  
Illud. & sequitur ibi Odofre. Iaco. Butri. Bart.  
Bal. & Pau. de Cast. tenet etiā, & sequitur Bart.  
Imola. & Cumanus post Dinum & alios anti-  
quos, in. l. i. §. Vnde queritur. ff. de publi. Ang.  
in. §. i. Insti. de emp. & vendi. & ibi Iason in ad-  
ditionib⁹ ad Christoph. qui dicit esse cōmune  
opinionē. Tertia opinio est, q̄ imo indistinctē  
quālibet pars possit licetē recedere & tñ pdat  
arra quā dedit vel teneat reddere arrā quā rece-  
pit, & tātudē de suo patrimonio per tex. in dic.  
§. illud. & ibi tenet Sali. dicēs q̄ista opinio scruta-  
tur in practica, & alij doct. quos ipse refert. &  
istam etiam opinionē tenet Azo. sibi contrari⁹  
in summa. C. de contra. emptio. pe. col. nume-  
ro. ii. pro qua est hodie. l. 7. tit. 5. 5. par. q̄ est ve-  
rum & pcedit, nisi pro parte precij & solutio-  
ne eius detur pr̄dicta arra: quia tunc valebit  
cōtractus, & nulla pars poterit ab eo recedere  
secundum pr̄dictos doctores, vbi suprà & ex  
presē ita disponit pr̄dicta l. parti. in fine.  
Item principaliter quero, an ipse cōtractus em-  
ptionis & venditionis, vel aliqua pars substan-

tialis eius possit conferri in voluntatem vnius  
ex contrahentibus: & resolutiū dico, q̄ non.  
Imo si conferatur, totus contractus est nullus:  
quia obligatio vnius non debet pendere ex vo-  
luntate alterius contrahētis, tex. est in. l. in ven-  
datis. C. De contra. empt. eius verba sunt. In  
vendentis vel ementis voluntate collata condi-  
tione comparandi: quia non astringit necessi-  
tate contrahentis, obligatio nulla est. & ibi cō-  
muni doct. tex. in. l. q̄ sape. §. i. ff. eo. tit. cuius  
verba sunt. Illud constat imperfētum esse ne-  
gotium, cū emere volenti sic venditor dicit:  
quanti velis, quanti æquum putaueris, quanti  
æstimaueris, habebis emptum. & ibi glo. ordi.  
& cōmuni doct. Quod tamen intellige quā  
do contractus est onerosus, & ab vtraq; par-  
te obligatorius, vt vēditio, locatio, & similis: se-  
cūs vero si lucrativ⁹, vt donatio: quia si quis do-  
nat alteri rem, si voluerit, valet talis donatio, ar-  
gum. tex. in. l. Si ita legatum. §. illi si volet. ff. de  
lega. i. vbi legatum potest conferri in meram &  
absolutam voluntatem legatarij. & ibi tenet  
Bal. Imo. Paul. & cōmuni doct. Bar. in. l. cen-  
tesimis. §. fi. i. col. de verbo. obli. & ibi cōmuni-  
ter doct. Paul. de Cast. in. l. stipu. non valet. eo.  
tit. idem Paul. in. l. senatus. §. legatum. delega. i.  
Faber in. §. pretium. Insti. de empt. & vend. 2. co-  
lu. & ibi alij doct. quod limita, quando confer-  
tur in voluntatem donatarij, vel eius cui debet  
donatio acquiri: secūs si conferatur in volunta-  
tem ipsius promittentis & obligantis: quia in-  
distinctē non valet modō sit contractus lucra-  
tiv⁹, modō onerosus: quia lex pr̄sumit, q̄ nō  
velit obligari. text. est in. l. Cū sub hac. ff. de  
actio. & oblig. tex. in. l. stipulatio non valet. ff.  
de verbo. obli. tex. in. l. actio. §. fina. eo. tit. facit  
tex. cum ratione in. l. Si ita stipulatus fuero. io.  
aut. 15. eo. tit: & tenet Bart. & doct. in dict. l. Cē-  
tesimis. §. fina. eo. tit.  
Item intellige quando contractus ponitur in  
voluntatem vnius tantum: secūs verò si in vo-  
luntatem vtriusq;: vt si quis dicat, Vendo tibi  
rem pro decem, si vis: & alter respondeat, Emo  
pro decem si vis: tunc enim valet, quia in depē-  
dētibus à mera voluntate, verbum Volo, hinc  
inde prolatum rem pr̄sentem & perfectam in  
illo instanti significat: & in expresso ita tenet  
glo. ordi. in dicta l. In vendentis. C. de contra.  
emptio. in fi: & ibi Odofre. Pe. Iaco. Butri. Ci-  
nus, Albe. Bal. Paul. Sali. & communiter doct.  
Item etiam intellige, quando ipse contractus  
vel substantia eius committitur in voluntatem  
contrahentis: secūs verò si qualitas rei, vt boni  
tas, color, vel quid simile: & sic placētia vel dis-  
placen-

## Tomi. II. Cap. II.

placentia rei: ut si quis dicat, vendo tibi rem p  
mille si intra mensem, vel aliud tempus tibi pla  
cuerit: quia tunc bene valet, & tenet & potest  
committi in voluntate contrahentis. text. est  
qui sic debet intelligi in. & emptio. insti. de em  
ptio. & vend. quæ sic intelligit ibi glo. Or. & co  
mu. doct. omisssis aliis solu. antiquorum. gloss.  
etiam. or. in dict. l. in videntis in. i. oppolitiœ.  
& ibi commu. docto. adde tamen, q̄ si tempus  
non ponatur à contrahentibus, q̄ tenetur em  
ptor eam reddere infrā. lx. dies, nisi expressè  
dictum sit, q̄ perpetuò possit reddere: quia  
tunc valet cōuentio & perpetuò poterit eam  
reddere. text. est singul. in. l. quod si nolit. §. si  
quid ita. ff. de aditi. edic. & ibi glo. or. & com  
mu. doct. & illum. tex. ad hoc. reputat sing. su  
ci. in. l. si quis arbitratu. ff. de verbo. obliga. 14.  
num. xi. ibi Iaso. nu. 2. vel aliter. dic. quod licet  
contractus vel pars substancialis eius non pos  
sit committi in voluntatem vnius contrahen  
tis, resolutio tamen contractus bene potest  
cōmitti in voluntatem eius. & ita intelligatur  
tex. in. di. l. q̄ si nolit. §. si quid ita. ff. de adili.  
edic. tex. in. l. 2. C. de pactis inter emp. & ven. &  
ista iura sic intelligunt & declarant Abbas & Pa  
nor. in cap. illo vos. de pigno. i. col. nu. 2.  
20. Item quero si aliqua res vendatur duobus  
vel pluribus diuersis temporibus, quis eorum  
præferatur? In quo notabili & vtili articulo re  
solutiū dico, quod ille præfertur, cui prius res  
fuerit tradita. tex. est capitalis. & expressus in  
l. quotiens. C. de rei' vend. cuius verba sint. quo  
tiens duobus in solidum præmium iure distra  
hitur, manifesti iuris est eum, cui priori tradi  
tum est, in detinendo dominio esse potiorem.  
& ibi notat & commendat gl. ord. Odofre. Pe  
tus, Cinus, Iacob. Butri. Albe. Bald. Paul. Salic.  
Iaso, & commu. docto. text. in. l. qui tibi. C. de  
hære. vel. actio. vendi. tex. in. l. si ancillam. C. de  
actio. empti. text. in. l. qui tibi. C. de his qui  
à non domi. manu. text. in. l. multū interest.  
versi. fi. C. si quis alteri. vel sibi. & idem dispo  
nit lex. 50. tit. 5. 5. part. cuius decisionis. i. ratio  
potest esse: quia actio vel obligatio personalis  
etiam contracta & emanans ratione fundi vel  
rei, non sequitur eius possessorem. text. est fin  
gul. in. l. fi. §. fi. ff. de contrah. emptio. & ibi. gl.  
or. & commun. docto. tex. in. l. adhuc. §. si ope  
ras. versi. quanuis. ff. de sufructu. text. in. l. i. §.  
si hæres. ff. ad Trebe. text. in. l. fluminū. §. adiici  
tur. ff. de damnoinfect. tex. in. l. fideicommissū  
§. tractatū. ff. de iudi. text. in. l. ipsi quoq;. ff. de  
rei. vendi. tex. in. l. emptorem. C. loc. tex. in. l. eū  
C. de actio. & obliga. tex. optimus in. l. prima

& per totum. ff. quæ in frau. credi. ergo in no  
stro casu & questione quod primus emptor  
cui res non fuit tradita, non possit agere sua ac  
tione vel obligatione personali contra secun  
dum emptorē cui res fuit tradita, certè est no  
ua & concludens ratio mea. Secunda ratio ve  
ra & fundamentalis sit, quia in emptorem cui  
est facta traditio, translatum est dominium, et  
plenum ius rei, mediante titulo & traditione,  
vnde merito præfertur alteri, qui solum titu  
lum, & actionem personalem habet contra do  
minum venditorem: & istam rationem aper  
tè volunt & probat prædicta iura, & in termi  
nis eam tenet. gloss. ordi. in dict. l. quotiens &  
ibi Petrus, Cinus, Iaco. Butri. Albe. Bald. Pau.  
Salic. & Ias. quam senten. & conclu. primo ex  
tende, modo quis alienet rem tit. oneroso, mo  
dò lucrativo donatiœ, vel alio simili: quia sen  
per ille præfertur, cui prius fuerit tradita, text.  
est in dict. l. quotiens. versi. fin. ibi cum & si ex  
causa donationis vtriq; dominium rei vendice  
tis eum, cui priori possessio tradita est, habe  
ri potiorem cōuenit. & ibi commun. docto. Se  
cundo principaliter extende, vt procedat &  
habeat locum in contractu locationis. nam si  
quis locauit rem suam duobus vel pluribus,  
præfertur ille cui res prius fuerit tradita, quod  
subtiliter probo tali fundamento: quia  
aut ipse locator agit contra conductorem, &  
nullo modo potest, cum teneatur actione loca  
ti ad obseruantiam contractus ergo à fortiori  
competeret exceptio ad retentionem eius, ar  
gumento tex. in. l. prima. §. quod autem ait præ  
tor. ff. de superficiebus. text. in. l. Papinianus. §.  
si filius. ff. de inoffi. testa. text. in. l. inuitus. ver.  
primo. ff. de regul. iu. aut verò primus con  
ductor agit contra secundum, & nulla potest ei  
competere actio per rationem primam supra  
assignatam: quod actio vel obligatio persona  
lis non sequitur fundi possessorem, vel deten  
torem: ergo aperte sequitur, quod actio vel  
obligatio sua profecta vel causata ex contra  
ctu locationis, non potest dirigi contra prædi  
ctum secundum conductorem detentorem  
rei: sed tantum contra locatorem personaliter  
obligatum. neque huic sententiae & con. ob  
stat textus ille notabilis in. l. in operis.  
ff. locati, vbi probatur, & disponitur, quod  
si quis locauit rem duobus, tenetur soluere  
primo, & ille præfertur secundo conductori,  
per quem istam sententiam & conclus. in ter  
minis tenet solus Iaso. in dict. l. quotiens octa  
ua column. versicul. 13. dicens, quod est fre  
quens quotidianus & nouuscasus ab alio  
non

non positus, sed salua eius pace. ego teneo contrarium per prædictum fundamentum: nec obstat text. in dicta l. in operis. quia loquitur & procedit quando locator nulli ex cōductorib⁹ tradiderat rem: sed vterq; concurrebat, quo causa primus est præferendus, & iste est verus & realis intelle&tus illius legis. Et sic eum intelligib⁹ glo. ordinaria. Barto. Albe. & communiter doctores. Neq; iterum obstat tex. notabilis & subtilis in l. priuilegia. ff. de priuil. credit. vbi disponitur, quod quando plures credito-res personales concurrunt, nullus præfertur ex anterioritate temporis: qui a procedit in debito merè personali ad pecuniam vel interesse, secūs vero, si sint creditores personales ad factum sibi præstandum: quia tunc si concurrant in pendo, primus præfertur. Cui⁹ ratio vera & subtilis est: quia factum est merè individualium, vt in l. 2. §. item si in facto. & in l. 3. & in l. quarta. & in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verbo. obli. idē tale factum prius & in totum debet præstari primo conductori. & iste verus est sensus illius text. in dicta l. in operis. & in expresso in nostra quæstione proposita, quod in contractu locationis præferatur secundus conductor, cui prius res fuerit tradita. Istim sententiā & conclusionem tenent domini de Rota. in decisionibus suis, decisione. 879. in antiquis Alexand. de Imo. in consilijs suis. 5. volu. consi. con. 122. Sustinus in con. su. 4. volu. con. 29. quā ego sequor.

Tertiò principaliter extende, vt procedat, & habeat locum in quasi dominio, & publiciana: nam si quis bonæ fidei possessor rem alienam vendiderit vel donauerit duobus vel pluribus diuersis temporibus, ille præfertur in quasi dominio & publiciana, cui prius res fuerit tradita. Tex. est notabilis & expressus in l. siue autem. §. si duobus. ff. de publiciana. & ibi notat & commendat glossa ordinaria. Odofre. Barto. Albe. Ange. & communiter doctores, & reputat singularem Bald. tex. in l. si ea res. §. fina. ff. de actio. empt. & idem disponit lex. 50. titulo quinto. 5. parte.

Quartò, principaliter extende etiam si primò sit facta traditio per actum fictum: alteri vero per actum verum, adhuc enim præfertur prim⁹ quia ius, possessio, traditio vel effectus qui resultat ex actu ficto, dicitur esse verus & perfectus, sicut ille qui resultat ex actu vero, & naturali. ita probat textus singularis in l. certe. §. primo. ff. de precario. quem ad hoc notat & commendat ibi Bart. & communiter doctores, & reputat vnicum Bald. in l. Vnica. §. ne autem. C.

de cadu. tollen. probat etiam text. in l. q. meo. §. si veditorem. ff. de acqui. posse. & in expresso ita tenet Guido de Suza, in dict. l. quotiens. C. de rei vendi. Ioa. An. in addi. ad Specu. in titul. de emptio. & vendi. §. sciendum. versic. Nota q̄ si res vendita. Bald. in rubri. de contra. emptio. 4. colu. 16. q. idem Bald. in præludijs feud. 6. col. nu. 29. Anto. de Bu. in cap. cùm venisset. de resti Spo. Abbas in cap. 2. de consuetu. Oldra. in con filio. II 4. Alexander optime & singulariter in consilio decimoquarto fi. column. Iason in di. l. quotiens. C. de rei vendica. quarta column. Decius in regula contractus. de regulis iuris in sexto.

Quintò principaliter extende, vt primus emptor vel donatarius, cui non est tradita res, non possit se ponere pro suo interesse, & impedire aliquo remedio iuris, ne alius emptor vel donatarius mittatur in possessionem vel detentio nem rei: sed liberè poterit venditor tradere cui volet, vt præferatur, licet teneatur ad interesse: cuius ratio vera & concludens est: quia licet expressè quis se obliget, & promittat rem propriam non alienare: tamen bene poterit libere alienare, & dominium transferre, licet teneatur ad interesse, vt in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verbo. obli. & in l. penultima. ff. de pactis. & in l. ea lege. C. de condi. ob cau. & vtrobique communiter doctores. Ergo eodem modo quando quis vendidit alicui aliquam rem, licet tacitè ex natura cōtractus teneatur alteri nō vendere nec alienare, sed eam emptori tradere, vt lege prima, & per totum. ff. & C. de actionibus empt. & in l. Qui fundum. ff. de contract. emptio. & in l. venditor hominis. ff. de euictio. & in l. qui duobus. ff. ad legem Corneliam de fal. tamen potest liberè eam alteri vendere, & tradere, & in eum dominium transferre: ex quo venit præferendus primo venditori. Nec obstat, si subtiliter dicas, quod saltem res efficitur litigiosa, si primus emptor eam petat à venditore, vt in l. secunda & per totum. C. de litigiosis. Ergo alteri non potuit dare nec tradere, quia illud est verum & procedit, quando venditor alienasset post item contestatam, quia aliis non efficitur litigiosa in actione personali, vt ibi tenent & declarant communiter doctores. Vnde antè bene potuit venditor alienare, & tradere, & dominium vel quasi transferre. Et in terminis ita tenet singulariter Baldus, licet sic non declaret in capit. primo, secunda column. num. tertio, in titul. quid sit inuenitur in vñib⁹ feudorū. & ibi notat & cōmedat Ia. in dicta l. Quotiens. C. de rei vendica. i. colum.

post medium. Sextò & principaliter extēde vt procedat, & habeat locum in clericis & personis ecclesiasticis, vt semper præferatur emp̄tor cui prius res sit tradita. ita tenet Abbas & magis communiter docto. in ca. continebatur. de his quæ fiunt à præ. sine con. & tenet & fundat latè Iaso, qui bene loquitur in hoc puncto in dict. l. quotiens. C. de rei ven. 5. col. num. 19. ad quem te remitto.

Septimò principaliter extende vt procedat, & habeat locum, etiam si prima venditio vel donatio fiat cum iuramento: nam si postea alteri vendatur vel donetur, & ei fiat traditio, debet præferri, non obstante iuramento: quia licet iuramentum interpositum in contractu præcisè obliget iurantem ad factum, vt est glo. fingu. iuncto tex. in. l. si pecuniam in verbo. ne. ne cesse habeas. ff. de condi. ob causam quam ibi ad hoc notat & commendat Bald. & commun. doctores, & reputat singul. Imola. in. l. 2. §. sed & si quis. fi. col. ff. de dona. idem Imola in cap. primo. de iudi. idem Imola in cap. per tuas. de arbi. idem Imola, & ibi alij Canonistæ in cap. veniens. de iure iu. tamē illud est verum & pro cedit quando ipse habet & possidet facultatē: secūs verò si re alteri alienauit & tradidit: quia ille cui est facta traditio, debet præferri: quia non impeditur vendor, vel donator per iuramentum rem alienare, & dominium transferre. & in terminis ita tenet Imola. in cap. cum contingat antepenul. fo. 1. colu. nu. 85. Tenet etiam Iaso nimis commendando in dict. l. quotiens. 9. col. nu. 36. & ex superioribus potest reddire ratio decidendi ad tex. nota. & subti. in. l. si à Titio. ff. de rei vēdi. vbi habetur q̄ si quis fundum emat, vel rem alienat à Titio, & ei sit facta traditio, & postea Titius extiterit hæres vero dominio, & illum fundum vel rem alteri vēdat, & tradat, debet præferri primus emp̄tor: nam vera ratio potest esse: quia primo emptori res prius fuit tradita: vnde meritò debet præferri, quia confirmatus fuit primus titulus & traditio & ius eius, ex superueniente iure hæreditario ipsius venditoris: & ad hoc notat & commendat glo. ordi. Odofre. Bar. Albe. Bald. Ange. & communiter docto. Probat etiam tex. in. lapud Celsū. §. si à Titio. ff. de doli excep. tex. in. l. si à Titio. ff. de rei ven. & tradi. & idem disponit. l. §. tit. 5. 5. parte. Nunc verò limita & intellige prædictam sententiam & conclusionem quæ habet, q̄ si res vendatur vel donetur duobus vel pluribus, ille præfertur in dominio, vel q̄ si dñio cui res pri⁹ fuerit tradita: primò vt pcedat, q̄n ex solo titu. nō causatur nec transferit

dominium, vel aliquod ius reale, sed requiritur traditionis: secūs tamen est, quando ex solo titulo causatur & transfertur dominium, & ius reale sine aliqua traditione vera vel ficta, quia tunc ille, qui prius habuit titulum, præfertur alteri, licet ei sit facta traditio: & hoc aperte fundatur ex iuribus superioribus, iuncta cōmuni ratione: & in expresso ita tenet Petrus, Cinus, Iaco. Butri. Albe. Bal. Sali. Pau. & commun. doctores in dict. l. quotiens. C. de rei vendi. Ex quo primò deducitur & infertur, q̄ si prædictus cōtractus vel titulus fiat diuersis temporibus cum ecclesia, & cum alio tertio, semper præfertur eccl̄sia, licet alteri sit facta traditio, cū solo titulo transeat dominium in eam & ius reale, vt in. l. fi. cum mate. C. de sacro. ecclesi. & in terminis ita tenet glo. ordi. in. l. siue autem. §. si duobus. in verbo potentis. ff. de publi. & ibi cōmuniter doct. tenet etiam Petrus, Iaco. Butri. Bal. Paul. Sali. Iaso. & communiter doctores in dicta. l. quotiens. C. de rei ven. Abbas & Canonistæ in cap. cōtinebatur. de his quæ fiunt à præla. sine con. capi. Vnum tamen est, quod hoc casu requiritur, quod ecclesia probet venditorem vel illum à quo habuit causam esse dominum: ita Ange. in dict. §. si duobus. in fine, quæ sequuntur alij doctores. Secundò deducitur & infertur, q̄ si quis obligauit, vel hypothecauit rem suam duobus vel plurib⁹ diuersis temporibus, ille præfertur cui prius fuit obligata, non autem ille cui prius sit facta traditio: quia solo titulo & conventione transfertur ius hypothecæ sine aliqua traditione. text. est in. l. 1. ff. de pigno. actio. tex. in. l. cōtrahit. ff. de pigno. tex. in. l. si tibi decem. §. de pignore. ff. de patetis. tex. in. l. 4. ff. de fide instru. text. in. l. iusto. §. non mutat. ff. de vsuca. tex. in. l. 2. C. quæ res pigno. oblig. po. & idem disponit. l. 13. titu. 13. 5. par. cuius ratio subtilis est, quia alias nihil operaretur contractus vel obligatio pignoris secundum Baldum in. l. traditionibus. C. de pactis. penultima colum. Etgo bene sequitur, quod in re pluribus obligata, præferatur semper primus absque traditione: & in terminis ita probat textus in. l. creditor. §. fina. versicu. fina. ff. qui potio. in pign. habe. cuius verba sunt: nā & in pignore placet si prior convenerit de pignore, licet posteriori res tradatur adhuc potiore esse priorem, & ibi notat & commendat glossa ordinaria. Bart. Ange. Sali. & communiter doctores, & per illum textum: ita tenet Cinus, Jacobus, Butri. Albe. Bal. Paulus, Sali. & communiter doctores in dicta. l. quotiens. & ibi Iaso. 3. colum. nume. ii.

Secundò, principaliter limita & intellige, vt procedat quando secunda venditio alteri facta, fuit celebrata bona fide sine dolo malo & fraude: scilicet tamen est quando fieret in fraudem primi emptoris ut non habeat rem, & secundus emptor participauit de fraude, quia tunc licet secundo emptori sit facta traditio: mediante qua in eum sit translatum dominium primus emptor poterit rem & traditionem reuocare actione in factum reuocatoria quae competit ad reuocanda ea quae sunt alienata in fraude creditorū. arg. tex. in. l. prima, & per totū ff. de his quae in frau. cred. in. l. i. C. de reu. quae in frau. cred. & in terminis isto fundamento & ratione istam sententiam & conclusionem tenet singulariter Baldus in rubri. C. de reu. his quae in fraud. creditorū alienat. sunt. i. colum. nume. 2. Sali. in. l. prima, in fine. eodem titulo: & tenet glossa ordinaria in dicta. l. quotiens C. de rei vendi. in glossa secunda, dum dicit. i. bona fide & ibi Albe. & Sali. & tenet ibi exp̄ se Iaso & reputat singulare. 6. col. 9. limit. Tenet etiā Ange. de Are. in. §. itē si quis in fraud. Insti. de act. pe. col. & ibi Iaso. 13. col. nu. 76. vbi reputat illud dictum Baldui vnicum, & non alibi. idē Iaso in. l. fi. C. de sacro eccl. pe. col. Aduertendum tamen, quod licet ista sit communis opinio, & satis æqua & ab ea non esse recedendū in iudicando & consulendo: tamen in puncto iuris non videtur vera: immo quod etiam isto casu, secundus emptor, cui prius res fuit tradita. preferatur: & hoc in conuincibili ratione: quia etiam fraude vtriusque probata, non est agendum reuocatoria contra possessorem, nisi prius facta excusione in bonis principalis debitoris vt in. l. prima. C. de re. his quae. infra. credi. alienat. sunt. ibi bonis eius excussis, & ibi communis tenet etiam glo. & communis opinio in dicto. §. si quis in fraudem. Insti. de actio. sed in nostro casu vendor tenet primo emptori ad interesse, res vbi non tradita est. vt in. l. prima. ff. de actio. emp. ergo eo soluente mediante praedicta excusione nō tenetur secundus emptor & possessor. Confirmatur: quia cum ex natura contractus vendor teneatur ad tradendum, & sic ad factum, sequitur quod ad hoc debet cōueniri: vnde cum nō habeat facultatem tradendi, succedit obligatio ad interesse: ergo eo soluto non agitur reuocatoria contra secundū emptorem cui res fuit tradita, argu. tex. in. l. stipul. non di. versicu. Celsus. de verbo. obli. & eorum quae ibi notat Bart. maximē. 15. colum. nume. 39. & ex ista consideratione istam sententiam & conclusionem tenet notabiliter Sali. si-

bi contrarius in. l. penulti. C. de reu. his quae id fraud. creditoris alienat. sunt. 2. colum. prima. q. nume. 6. Sed sustinendo primam com munem opinionē, potest huic difficultati responderi, q. prædicta excusio requiratur, quando debitum erat in quantitate, & ita procedat & intelligantur iura in contrarium adducta: secundum est, si debitum consistat in specie certa & determinata, vt in nostro casu: quia tunc fraude vtriusque probata, potest agi reuocatoria, nulla successione facta, quia alias non plenē consultur ipsi creditori, hoc est, emptori primo: & confirmatur subtili ratione, quia ex contractu emptionis & venditionis, præcisè tenetur vendor dare, si habet facultatem tradendi, vt tenet glossa & communis opinio in. l. prima. §. de actio. empti. & dixi suo loco: vnde in nostro casu. vt rem sibi debitam primus emptor consequatur, meritò poterit agere reuocatoria, & iste fuit sensus Baldi & doctorum, vbi suprà.

Ex quo deducitur & infertur satis subtiliter & singulariter, quod si vendor primò vendidit rem vni vel alio titulo oneroso concessit, & postea titulo donationis vel lucrativo alteri cōcessit & tradidit. Etiam isto casu primus emptor poterit agere reuocatoria contra possessorem, cum vendor videatur alienasse in fraudem, licet possessori non participauit de ea, ex eo quod primus emptor habet & prætedit causam onerosam, & possessor lucrativam: quo casu sufficit fraudem esse in solo alienante, vt in l. prima. in princ. ff. de his, quae in fraud. creditorū. & in. l. qui autem. §. hoc editum iuncto. §. similique modo. & in. l. ait prætor. §. quod ait & in. l. si fraudator. eodem titulo. & in. l. penultima. C. de re. his quae in fraud. credito. alienat. sunt. & in. l. septima. titulo fin. §. parte. Ergo sicut eo casu, quo vterque pretendit titulum onerosum, primus debet præferri, quando in fraudem fit traditio secundo, & vterque participauit de fundo, vt dixi in casu præcedenti: ita in nostro casu, quādo secundus, cui facta fuit traditio in fraudem, habet & prætendit titulum lucrativum, emptor vel ille qui habet titulum onerosum, debet præferri, & poterit reuocare traditionem factam in fraudem, licet donatarius, vel ille qui prætendit titulum lucrativum non participauit de fraude. & vtrique casu militat doctrina, & conclusio Baldi & doctorum in locis suprà proximè allegatis. Et si bene aduertatur iste videtur sensus textus in dicta l. Quotiens. C. de rei vindicatione. vbi & in fine in duabus prætenditibus causam lucrativam,

## Tomi.II. Cap.II.

& omittit istum tertium casum, quando vñus prætedit causam onerosam: aliàs verò causam lucratiuam, & in expresso ita tenet solus Iaso in dicta.l.quotiens.6.col.10.limi. quòd reputo uouum & subtile.

Tertiò principaliter limita, & intellige, vt pro cedat quando clare constaret cui eorum prius sit facta traditio: quia ille præfertur, secùs tamē esset in casu dubio, quando vterq; eorum probaret traditionem sibi factam, & non cōstaret de prioritate vel posterioritate: quia tunc primo emptor iensetur, & præsumitur prius tradita: tanquam habentiiustiorem titulum: vnde merito debet ille præferri.

Et confirmari potest ex tex.iuncta com.sen. in cap.licet.de probationibus: vbi habetur q̄ interdicto vti possidetis, si partes æqualiter probant de possessione, debet obtinere, & præfertur, qui probat titulum, & tenet magistrally Barto.in.l.si duo.secunda colum.ff. vti pos si.Bald.&doctores in. l. vnicā. C.eodem titul. ergo ita in nostro casu. Si vterque probat traditionem, & insuper titulum, præferatur qui habet antiquiorem titulum.

Et in expresso licet non ita benè fundet ista sententiam, & con.tenet Iacobus de Are.in dicta.l.quotiens. C.de rei vendi. & ibi Cinus finali colu. & quæslione. Bald. vbi reputat hoc esse notabile in cap.1. q̄ si facta. si de feudo fuerit controuersia inter dominum & agna.vasa. 1.colum.nume.3. idem Baldus in.l. siue autem. q̄ si dñobus.secunda lec.ff.de publi. & ibi Ange.2.colum.nume.2. idem Baldus in.l. post sententiam. C.de sen. & inter.om.in secunda col. idem Baldus in cap.cæterum de rescript.secunda colum.Alexand.in.l.1.C.de edic.diui Adria ni tol.1.colum.Iaso in dicta.l. quotiens. C. de rei ven.9.colu.37.idem Iaso in.l.fin. C.de sacro eccl.penulti.col.nume.28.

Quartò principaliter limita & intellige vt non procedat, quando vendor dominus primò vendidit rem vni, & solenniter promisit rē alteri nō vendere nec alienare: & pro obseruatione prædictorū bona sua obligauit, & specia liter illam rem: quia tunc si postea vendat eam alteri & traderet, non deberet præferri, sed venditio esset ipso iure nulla & prim° emptor præfertur.arg.tex. qui est singu. & vnic° in.l.si creditor. q̄.fi.ff.de distra.pigno.vbi habetur quòd si creditor qui habet ius in re debitoris fecit pactum de non alienando non potest illa res alienari secundum docto .ibi & in terminis per illum textum istam sententiam & conclusio nem tener solus Iaso in dicta.l.quotiens .C.de

rei vendi.7.col.nu.28. quod est nouum & singulare.

- 21 Item principaliter quero, quibus modis rescindatur contractus emptio. & venditionis perfectus & celebratus. In quo articulo resolutiū dico, q̄ sequentibus modis. Primo, contra ratio consensu partium ante traditionem: cuius ratio est, quia sicut contractus fuit perfectus, & consummatus solo consensu & voluntate partium, ita eius distractus.tex. est cum ratione in l.1.& 2.C. quando licet ab emptione discedere, & ibi glo.ordi.Odofre.Petrus,Cinus.Albe. Bart.Bald.Sali.Paul.& communiter doct.tex. in.l.iuris gentium. q̄.adeo.ff.de pactis q̄ extende etiam si fiat distractus per pactum nudum. Item extende modò fiat in continenti, modò ex interallo, vt dictis iuribus probatur: neq; obstat quòd pactum nudum non sufficiat ad tollēdam vtramq; obligationem, vt in.l.sivn°. q̄.pactus ne peteret.ff.de pactis. & ibi communis opinio: quia illud est verum & procedit in contractu verborum. secutamen est in cōtractibus, quicelebrantur consensu, vt dixi, cū solo consensu celebrentur, eodem consensu cōtrario dissoluuntur secundū Bar. in dict. q̄.pactus ne peteret.4.col.& ibi doct. & secundum Paul.& alios in.l.ab emptione, eo.tit. q̄ iterum limita & subintellige. quādo ex tali contractu non fuit secuta traditio: secùs verò si sequatur traditio, quia tunc nō potest reuocari solo consensu, nisi sequatur restitutio rei traditæ, & in terminis ita probat tex. in dict.l.ab emptione. ff.de pactis. & ibi communis doct. Probat etiam text.in.l.cū emptor. ff.derecin.vendi. & ibi etiam doct. Adde tamen pro maxima declaratione, q̄ hoc casu est necessarium & subtile datum, si dato q̄ in tali cōtractu interueniat traditio operetur illud pactum resolutuum contrahentium, vt saltem naturaliter teneantur, & obligentur postea reuocare, & tradere in quo breuiter dico, quòd si pactum simpliciter interuenit, tunc non valet nec inducit obligationē naturalē ad reuocandū, modò fiat in continent, modò ex interallo: huius ratio est, quia intentio partiū fuit reuocare & nō cōtrahere, nec inducere obligationē: ita probat tex. & videtur eius proprius sensus in dict.l.ab emptione. q̄.fi.ff.de pactis, & ibi tenet Bar.Pau.& communis doct. Si verò pactū fiat obligatoriū, dicendo nos discedimus à contractu, & vēditor promittit restituere rē, tunc si talis conuētio sit facta, iuxta contractū vestitur cohērētia cōtractū & oritur obligatio efficax reciproca inter eos ad resoluēdū. & idē est q̄n tale pactū reuocatorium

*Quiby modo  
zurūdat.  
Primo*

rium fiat per stipulationem, modò in continentali, modò ex interuallo, secundum doctores ibi. Si verò fiat pactum nudum de reuocando ex interuallo, & sic non vestitum cohærentia contractus, tantum oritur obligatio naturalis ad reuocandum & operabitur exceptionē vel retentionem ex parte eius, secundum prædictos doctores. Sed aduertendum quòd est singularē dubium, si hodie in nostro regno fiat inter partes conuentio prædicta, & reuocatio contractus, solo pacto nudo an erit reuocatus, vel non attenta lege nostra regia, qua cauetur quòd quomodocunq; appareat quem velle se obligare, etiam absque stipulatione, efficaciter sit obligatus: & videtur quòd non mutetur aliquid de iure communi, nec oriatur actio vel obligatio, sed ego teneo expressè contrarium, quia saltim in hoc colligitur voluntas recedendi à contractu. Vnde videtur q̄ ad hoc partes neantur, & sint obligatae, quia prædicta lex regia solum requirit voluntatem obligandi, q̄ reputo nouum & singulare. Secundus casus quando in tali contractu interuenit dolus aliquius partis: quia tunc aut contractus est nullus aut venit rescindendus. Pro cuius declaratione dico, quòd si dolus dedit causam contractui, contractus est ipso iure nullus: si verò incidit in contractu rescinditur. tex. est in l. & eleganter. ff. de dolo. & ibi glossa & doctores. text. in l. si dolo. C. de rescin. ven. & ibi glo. & communiter doct. tradit latè & magistraliter glo. ordinaria. in §. actionum. Insti. de actio. & ibi communiter doct. glo. ordi. & communiter docto. in cap. cùm dilecti. de emptio. & vendit. Adde tamen q̄ talis dolus debet esse talis qui cadat inconstantem virum, & quemlibet sagacissimum falleret, sicut dicimus de inetu, ita Innocen. in ca. cùm dilectus. extra. q̄ metus causa & ibi doct. Iaso, vbi valde commendat, in l. inter positas. C. de transa. idem Iaso in l. si quis cùm aliter. de verbo. obli. nu. 9. & in §. actionum. 6. col. nu. 20. Adde tamen q̄ si ille qui passus dolum velit stare contractui, valet & tenet, quia sui fauore inductum est, q̄ sit nullus vel rescindatur. ita tenet & declarat glo. ordi. in dict. l. & eleganter. ff. de dolo, & ibi Bart. & communiter doct. Item adde, q̄ hoc casu potest ille qui committit dolum, agere contra decretum: vt declareret an velit stare contractui, vel illum reprobare. tex. est singularis & vnicus in l. Julianus. ff. de actio. empt. quem ad hoc notat & commendat ibi Bart. & communiter doct. & illum tex. ad hoc reputat singularē & vnicum Bal. in l. dolum. C. de peri. & cōmo. reiven. ex quo infer-

tur q̄ in casibus, in quibus contractus rescinditur vel anihilatur fauore alicuius eo volēte potest confirmari, & validus effici contractus. Ex quo primò inducitur & infertur, q̄ licet in contractu emptionis & venditionis ponatur pactum legis commissoriæ, vel adiectionis in diē si pars in cuius fauorem apponitur nolit eo uti valet & tenet contractus. Secundò infertur quòd licet contractus minoris super re immobili non valeat sine decreto, tamen post perfectam ætatem potest validari & approbari. Tertius modus est per laisionem ultra dimidiā iusti precij: quia si quis vēdat alteri rem, & emptor vel venditor fuerit deceptus ultra dimidiā iusti precij potest deceptus petere q̄ rescindatur contractus, vel suppleatur iultum precium. text. est capitalis & expressus in l. 2. C. de rescin. vendi. cuius verba sunt. Rem maioris precij si tu vel pater tuus minoris precij distracta erit, humanum est vt vel precium te restituente emptoribus fundum venundatum recipias, vel si emptor elegerit, quod deest iusto precio recipies. Minus autem precium esse videtur si nec dimidia pars veri precij soluta sit, & ibi glo. ord. Odofre. Petrus. Cinus. Iaco. Butri. Albe. Bar. Bal. Pau. Sali. & communiter doctores: & idem disponit l. 56. tit. 5. 5. parte. Et ad de q̄ verum & proprium exemplum est, si res valeat decem, & emptor emat pro decē & sex, vel ultra, vel venditor vendat pro quatuor vel minus. ita tenet ibi glo. magna in versi. sed que est hæc dimidia, & ibi Azo. in suinma. 1. col. nu. 2. Odofre. Albe. Bald. Paul. & communiter docto. Tenet etiam glo. ord. in cap. cùm causa. de emptio. & vendi. & ibi doct. tenet etiam Fabia. demon. in tracta. de emptio. & vendi. 8. q. Contrarium tamen tenet Petrus in dicta l. secunda imò quòd precium duplicetur, & hoc saltem in emptore: non verò in venditore: quia non posset in eo dari casus deceptiōis, oportet enim quòd res daretur pro nihilo, & contractus non valeret tanquam sine precio, & idem tenet ibi Cinus tercia colu. Rofredus in rubri. de actione ciuili quanto minoris. 6. colum. nume. 10. Specu. in titulo de rescind. vend. 3. colum. Abbas in capi. cùm dilecti. de emptio. & venditione, prima colum. nume. 2. & ibi alij Canonistæ, & istam opinionem tenet & approbat l. 16. in fine, titulo. II. 4. parte, & l. quinta, titulo decimo, libro tertio, fo. ll. sed prima opinio est vera, & magis communis: pro qua hodie prædicta lex partitæ. 5. 6. titulo quinto. 5. parte. & idem disponit lex noua huius regni quarta titulo septimo, vnde videtur dicendum quòd

prima lex partit. 16. titul. II. 4. part. fuit facta a conditoribus qui tenebant opinionem contrariam, vel forte litera eius est corrupta in exemplo. Item adde quod sufficit, quod excessus sit in uno nummo ad hoc ut rescindatur contractus. Ita Bald. in dicta. l. 2. nu. 16. & ibi Sali. 1. col. num. 1. cum quibus transeunt communiter doctores. Et adde qd non sufficit quod aduersarius restituat tantum premium laesioris, vt si venditor rem valentem. 10. vendat pro. 16. nō sufficit quod reddat unum nummum per quem excludatur laesio ultra dimidiā: sed requiritur quod totum premium, in quo est deceptus, restituat, & sic sex nummos: ita probant predicta iura, in quantum loquuntur de verō & iusto precio, & in terminis ita tenet Cinus in dicta. l. 2. 8. q. Bald. 7. col. 12. q. Paulus de Castro. 2. colu. num. 2. & magis communiter alij doctores: & talis valor rei debet attendi & considerari tempore contractus: non verò postea. ita probat tex. in. l. Si voluntate. C. de res. ven. ibi nisi minus dimidia iusti precij, quod fuerat tempore venditionis datum est, & c. per quem: ita tenet Bald. in dicta. l. 2. penultima col. & ibi communiter doct. Item adde quod principalis obligatio competit decepto ad revisionem contractus, licet in facultate cōuentum sit iustum premium supplere: ita probat tex. in dicta. l. 2. ibi fundum venū datum recipias, vel si emptor elegerit quod deest iusto precio recipies. & ibi tenet glo. ordinaria, Bart. penulti. col. num. 16. Bald. 2. col. post antiquos: & tenet Azo. in summa illiustituli. 1. col. nu. 3. Rofre. in libellis suis. in rubr. de actione ciuili quanto minoris. nu. 14. tenet etiam communiter doct. in. l. miles. §. decem. ff. de reg. iur. vel clariū poterit deceptus agere alternatiū, vt rescindatur venditio, vel suppleatur iustum premium: & isto modo firmat sententia, vt probant predicta iura, & ibi communiter docto. Item adde quod si res sit ab emptore alienata, poterit venditor deceptus agere contra emptorem, cum sit personaliter obligatus, & non contra nouum possessorem rei: quia actio vel obligatio personalis nō sequitur fundi possessorem: vt in. l. final. §. fin. ff. de contra. empti. & ibi communiter docto. & tenet glo. ordinaria & communiter doctores in dicta. l. secunda. C. de res. vendit. Sive rō ipse emptor esset decept⁹ & rem alienauit, non posset agere contravenditorem, cum non possit iam rem tradere, & suo facto & culpa sit priuatus facultate tradendi secundum docto. in eadem. l. secunda. Item adde, qd si predicta res empta pereat casu fortuito, non potest em-

ptor neq; venditor agere remedio predictæ legi secundæ: quia si venditor est deceptus, emptor liberatur, cum non possit illam tradere: vnde ea perempta liberatur, argu. text. in. l. Si ex legati causa. de verbo. obli. Item etiam quia actio vel obligatio emanata respectu rei tollitur & extinguitur perempta re, vt in. l. Titia textores. §. fi. ff. d. lega. 1. & in. l. in naui Sauphei ff. locati. Siverò emptor est deceptus, non poterit agere, quia non potest rem dare, neq; restituere ipsi venditori, & in effectu ita tenet gl. ordinaria in dicta. l. 2. in versi. vnde ea perempta. Et ibi Bart. 3. col. num. 13. Odo fre. 2. colu. in fine pe. fi. col. Cinus. 3. col. 10. q. Bald. 6. col. 11. que stione. Sali. 6. colu. 12. q. Paul. fin. colu. num. 16. & communiter alij doctores. Item adde, quod remedium predictæ legis secundæ de iure cōmuni durabat per. 30. annos, cum esset obligatio & actio personalis quæ tanto tempore tollitur, vt in. l. sicut in rem. & in. l. omnes. C. de præsc. 30. vel. 40. annorum. & tenet glo. ordinaria in dicta. l. secunda. 1. quæ stione. & ibi Odo fre. 3. colum. Baldus. 2. colu. num. 3. Ange. 1. col. num. 4. & ibi communiter doctores. Imò etiā si hoc casu competenter officium iudicis, duraret per eosdem. 30. annos, vt est glossa singularis & vnicā in. l. sicut in rem. C. de præsc. 30. vel. 40. anno. quam ibi reputat singularem & vnicā. Bald. & communiter doctores ibi: sed hodie in nostro regno remedium predictæ legis secundæ, tantum durat per quatuor annos. ita disponit notabilis lex. 4. tit. 7. lib. 5. or. Item adde prosequendo materiam, quod predictum remedium legis secundæ nedum habet locum in contractu emptio. & venditio. sed etiam in alijs contractibus bona fidei, vt permutatione, locatione, diuisione, & similibus: ita probat textus in. l. in contractibus. C. ex quibus cau. maio. Et ibi tenet glossa ordinaria & communiter doctores. text. in. l. maioribus. C. commu. vtri. iudi. & ibi glossa ordinaria, & communiter doctores. Tenet etiam glossa in dicta. l. secunda. C. de res. vendit. & ibi communiter doctores, & idem disponit predicta lex ordinaria.

Item adde quod remedium predictæ legis secundæ habet locum, etiam si res sit vendita in publica subhastatione: ita probat textus notabilis & expressus in. l. si quos. C. de res. vendit. & ibi notat glossa ordinaria & communis opinio. Romanus in. l. si quis cum aliter deverbo. obli. 3. col. nu. 8. & ibi singulariter Alex. 4. col. nu. 16. Abbas in. cap. cum causa. de emptio. secunda col. nume. 6. & ibi communiter docto res &

res, & ista est vera & communis opinio: neq; obstat tex.in.l.i.C.de prædijs decurionum: vbi probatur qd quādo venditio fit in publica substatione, non præsumitur aliqua læsio, & ibi notat Platea & Pereris: tenet Ange.in.l.Scindum. ff.de verb.obli.3.col.& in.l.precia rerum. ff.ad legē fal.& in.l.i.C.de præst.30.vel.40.an-  
no.& lex.220.in.ll.stili: quia licet in dubio non præsumatur dolus, vel deceptio facta venditio-  
ne in publica substatione: tamen si vere &  
realiter probetur interuenisse rescinditur vē-  
ditio. Confirmatur pulchra ratio: quia licet  
in alienatione rei immobilis minoris, requiri-  
tur decretum & solenniter interueniat: tamen  
si sit læsus, potest restitui. vt in.l.Siquidem.C.  
de prædijs mino. ergo idem erit si maior sit læ-  
sus ultra dimidiam iusti precij, & pro hac sen-  
tientia est hodie.l.4.tit.7.lib.5.ordi. Item ad-  
de qd eo casu quo rescinditur contractus reme-  
dio prædictæ legis secundæ.C.de rescin.vendi.  
non debet fieri restitutio rei cum fructibus.

Primo, quia possidet rem cū titulo & bona fi-  
de. Secundo, quia non potest possessor dici in  
mora. Tertio, quia si unus ex contrahentibus  
habet rem, alter habet preciū. 4. quia si in con-  
tractu emptionis ponatur pactum de retrouē-  
dendo, non debentur fructus nisi à tempore mo-  
ra, vt in.l.2.& ibi doct.C.de pact.inter empt.&  
vendi. & ista opinio est verissima, & tenenda,  
licet Rosf. in libellis suis in tit.de actione ciui.  
quanto minoris.5.colum.teneat contrariū quē  
sequitur Albe.in dict.l.2.C.de rescin.vendi.

5. Item adde, si quis iurauit non petere revisionem  
contractus, nō potest agere remedio prædictæ  
legis secundæ, qd intellige quando est maior, se-  
cū si minor: quia tunc videtur iurare non pete-  
re revisionem contractus iure minoris ætatis:  
non verò iure communi, nisi specialiter & par-  
ticulariter iuraret omni respectu & iure nō pe-  
tere, neq; agere: ita glo.ordin.in dict.l.2. & ibi  
Odofr.2.col.Bart.3.col.Bald.5.col.9.q. Sali.5.  
col.ii.q. & ibi communiter doct. Item adde, qd  
precium & valor rei venditæ debet probarita-  
liter, qd concludatur rem illam communi æsti-  
matione tantum valere tempore contractus ar-  
ticulando qd illa res erat talis qualitatis & tali  
loco posita ex qua solent tot fructus vel reddit  
colligi, & qd restalis qualitatis communiter iu-  
sta & communi æstimatione valet tantū & so-  
let vendi pro tanto: & in effectu ita tenet & de-  
clarat Bart.in dict.l.2. in fine & ibi cōmuniter  
doct.Ioa.de Imo.in.l.Precia rerum. ff.ad legem  
fal.2.col.verfi.5.modo. & ibi Alex.pen.col.nu.  
11,Anto.in ca. Cum causa de emplio. & vendi-

2.col.nu.9.& ibi Imola. & alij doct.Abb.in ca.  
Cum causam de testibus.2.col.nu.3. & ibi etiā  
alij doct.tamen licet iste sit verus & clarus mo-  
dus benè etiam sufficeret si testes dicā rem tā-  
tum valere: quia videntur se referre ad commu-  
nem valorem & in terminis: ita tenet Bal.in di-  
cta.l.2.pe.col.nu.25.& ibi Sali.8.col.nu.30. An-  
ge.pe.col.nu.7.Cinus in.l.Vnica.C.de senten-  
qua pro eo quod interest profic. si.colu. & ibi

26 Albe.pe.col.& commun.alij doct. Item adde  
qd talis deceptus poterit agere remedio prædi-  
ctæ legis secundæ, etiam si dixit, qd donabat il-  
lud quod plus valeret: & insuper renuntiavit re  
medio prædictæ legis secundæ: quia illa verba  
non debent referri ad magnum preciū, sed ad  
modicum argum.tex.in.l.Hæc adieictio. ff.de  
verbo.signifi.tex.in.l.Cum furti. ff.de in litem  
iurando. Item etiam quia eadem facilitate qua  
inducitur ad vendendum, inducit etiā ad po-  
nendum illam clausulam vel aliam similem.ar-  
gu.tex.in.l.Si mulier la.2.C.ad Veleia.text.in  
l.fi. q.idem quæsivit. ff.de condi.indebi.tex.in

27 l.doli.versi.diversum. ff.de noua. Quartus mo-  
dus est per pactum de retrouendendo: nam si  
quis vendat rem hoc pacto & conditione: vt  
si intra certum tempus premium reddat empto-  
ri, teneatur emptor & possessor sibi tradere &  
restituere rem, & postea vendor reddat pre-  
ciū, tenetur emptor rem sibi tradere, & res-  
cinditur venditio: non tamen tenetur fructus  
medio tempore pereceptos restituere: nisi a te-  
pore precij soluti vel oblati.tex.est capitalis &  
expressus in.l.2.C.de pactis inter empto. & vē-  
dit. & ibiglo.ordinaria & communiter docto-  
res, & idem expressè disponit.l.42.titu.5.quin-  
ta parte. *Pactum*

*Et additum* istud pactum est  
licitum etiam de iure Canonico, & in foro  
conscientiæ, & licet emptor medio tempore  
lucratur fructus, cūm habeat titulum & iu-  
stam causam, nisi concurrat aliqua alia conie-  
ctura cum pacto de retrouendendo, per quam  
præsumatur contractus vñsurarius, vt modici-  
tas precij, vel quod emptor sit homo solitus  
foenerari, vel quod inter eos expressæ actum  
sit, quod emptor lucretur fructus: nam ex his  
& similibus conjecturis præsumitur contra-  
ctus vñsurarius. Ita probat textus in cap. Ad no-  
stram.de emptione & venditione, & ibi Anto.  
Abbas, Imola. & communiter doctores text.  
in cap. Illo vos de pigno.notant etiam docto-  
res in ca. cōquestus de vñs.glo. & ibi Albe. &  
doct.in.l.emptione.C.plusva. quod agitur: &  
Albe.Faber, Paulus de Castro, & alij docto-  
res in dicta.l.secunda. de pact.inter emptorem.

## Tomi.II. Cap.II.

& vendito. Archi. in ca. Pleriq; .14. q.3. Cepola in tracta. de simulatione contractu. quasi per totum: pro qua sententia & conclu. facit hodie l.1. tit.2. lib.8. ordi.

Quero tamen pro perfecta declaratione huius articuli, infra quod tempus possit vendor posse cuniam offerre & rem recuperare: & resoluti uero dico, qd si inter partes tempus certum fuit positum & determinatum infra illud debet peti: postea verò non. Et an hoc casu possit in contingenzi moram purgare, vide tex. in.l. Si ita quis §. Seia. ff. de verb. obli. & ibi doct. tex. in.l. Traiectitia. §. de illo. ff. de actio. & oblig. & Bart. in l. Si insulam. 4. opposi. de verbo. obli. & ibi doctores. Et intantum hoc est verum ut procedat etiam si talis vendor decedat reliquo herede minore: quia praedictum tempus currit contra eum, & non potest restituiri. Ita probat tex. no. in.l. AE milius. ff. de mino. nec obstat tex. cum mat. in.l. fi. C. in quibz cau. ref. in integrum non est ne. vbi habetur qd præscriptio ipso iure co-currit minori, quia loquitur in præscriptione legali: secus autem est in præscriptione conuetionali, sicut in nostro casu: quia si illa incipit a defuncto & nihil actum est cum minore: semper currit sine spe restitutionis. Ita tenet & declarat Bart. in dict. l. AE milius. ff. de mino. 2. co. 2. oppo. & ibi communiter doct. Idem Bart. in.l. 2. C. Si aduersus vendi. pigno. & ibi Bald. Sali. & communiter doct. idem Bart. in.l. Cum filius familias. §. in hac. ff. de verbo. obli. 2. col. nume. 4. & ibi Ioa. de Imo. Paul. de Cast. & alij doct. in dict. l. fi. C. in quibus cau. resti. integrum non est ne. Fran. Balb, in tract. pref. in.l. parte sexta partis principalis versi. 23. casus. Qnod tamē procedit & est verum, præterqd si talis heres ignorauit tale pactum & conditionem positam in contractu defuncti: quia tūc modō talis heres sit maior, modō minor, potest se restituere ex clausula generali, si qua mihi iusta causa videritur argum. tex. in.l. 1. ff. ex quibus cau. maio. & in expresso: ita tenet & declarat idem Bart. in locis suprà allegatis. Confirmatur per text. no. in.l. 1. §. si quis propter. ff. de iti. actuq; pri. vbi habetur qd si quis impeditur impedimento facti, vt iure suo, competit ei restitutio virtute dictæ clausulæ, ex quo singula infert ibi Bart. qd si contra dominum ignorantem præscribitur aliqua res, competit ei restitutio virtute dictæ clausulæ. Bal. Paul. & alij doct. in.l. fi. C. de præf. lon. temporis Sali. in.l. fi. §. fin. C. de ana. excep. Paul. & docto. in.l. Atilicinus. ff. de ser. rust. pre. idem Pau. in.l. Sif. ff. quemad. ser. ami. Abbas in cap. vigilanti. 2. col. de præf. & ibi

latè Feli. Ange. & moderni in. §. rursus. Insti. de actio. Fran. Balbus latius & melius quam alij in tract. præf. in. 4. par. 4. partis princip. 29. q. Confirmatur etiam per tex. singu. & vnicum, in.l. Pantonius. ff. de acqui. hære: vbi habetur qd quando hæres decedit hereditate non adita ignorans hereditatem esse sibi delatam potest eius hæres & successor petere restitutionem & consequi hereditatem: & ad hoc reput. singu. & vnicum. Paul. & communiter doct. ibi & tenet no. Bar. in.l. qui duos. ff. de rebus dubijs. 2. col. & ibi melius quam alibi Suci. II. col.

Si verò inter partes nullum tempus fuit positum, nec determinatum: sed simpliciter fuit dictum, qd vendor possit rem retrahere soluto precio, ut dictum est qd quandocunq; premium vendor reddat habeat rem, tunc est pulchrum & subtile dubium, infra quod tempus debeat offerre & soluere premium, vel an possit offerre & soluere perpetuò. Et videtur qd debeat soluere & offerre intra triginta annos: quia ex hoc pacto resultat actio personalis ex vedito, vel præscriptis verbis: vt in dic. l. 2. C. de pactis inter empto. & vendi. quæ regula tollitur spatio. 30. vel. 40. annorum, vt in.l. sicut. C. de præscrip. 30. vel. 40. annorum, & in.l. omnes. eo. tit. & in.l. 2. C. de consti. pecu. & in. §. 1. Insti. de perse. & tpo. actio. Confirmatur: quia quando ex facultate vel iure queritur aliquid ius vel actio, illud est præscriptibile vt in. l. licet cum mā. C. de iure delibe. & tenet & declarat Bart. in.l. 1. ff. de consti. ex lege. 2. col. num. 4. & ibi cōmuniter doc. Idem Bart. in.l. Is potest. & in.l. Gerit. ff. de acqui. hære. & in expresso ita tenet Ange. de Peru. in consilio. 55. 2. col. nu. 3. Iaso in.l. Petens. C. de pactis. 4. col. nu. 10. & ibi Phi. Decius. 3. colu. idem Iaso in.l. Si mater. C. de Insti. & susti. fi. col. & ante eos tenet Faber in.l. Cū notissimi. C. de præf. 30. vel. 40. an. Albe. in dict. l. 2. C. de pact. inter empto. & vendi. Felinus in rubri. de præf. 6. col. num. 15. Fran. Balbus in tract. præscrip. 4. par. 5. partis prin. 3. q. vbi dicit hæc esse veram & communem opinionem & ab ea non esse recedendum in iudicando & consulendo. Secundò & principaliter in hac quæstione videtur, qd vendor tantum possit hodie de iure regio retrahere prædictam rem venditam, cum illo pacto infra decem annos: quia tantum durat actio personalis, vt in.l. 3. tit. 13. lib. 3. ordi. Et si continetur in scriptura publica contenta in instrumento Garentigio durat per. 20. annos: & cum hypotheca durat per. 30. vt in.l. 63. in.ll. Tauri. Sed his non obstantibus ego teneo nouam & tertiam sententiam: imo qd talis venditor

Senn.

tor vel eius hæres, possit perpetuò prædictam rem venditā retrahere virtute prædicti pacti. Primò quia ex cōuentione partiū obligatio & actio pōt extendi in infinitū tex. est in.l. si ita stipulatus. ff. de fide. in. & ibi notat & com mendat. glo. or. & commu. docto. tex. in.l. 4. ff de damno infecto. & in.l. si finita. eod. titul. & in.l. qui bona fide. §. fi. eo. tit. & ibi com. doct. Secūdò per text. singul. in.l. quod si nolit. §. si quid ita. ff. de ædilitio ædicto vbi habetur, φ si inter emptorem & venditorem fiat pactum quod quandocunq; res displiceat empori red hibetur, potest perpetuo redhiberi & restitu i. cuius verba sunt. Si vero conuenerit vt in perpetuum redhibitio fiat, puto hanc conuen tionem valere. 3. quia in contractibus conditio posita potest quandocunq; & perpetuò imple ri. ita probat text. in.l. hæc conditio la. 2. ff. de condi. & demonstr. & ibi latè & magistraliter Bart. & commun. alii doct. & istam meam sen tent. & conclus. reperio quod tenet Fabianus de monte aduocatus consistorialis in tract. de deemptio. & vendit. 3. q. 7. quæstionis principalis.

29 Item quæro si talis empor qui emit rem cū pacto de retrouendendo vendidit eam alteri an vendor possit virtute pacti eam repetere ab illo tertio possessore & breuiter dico quod non, quia actio personalis actiue vel passiuē respectu rei non transit ad particularem succe sorem eius. tex. est in.l. fi. §. fi. ff. de contra. em. tex. in.l. adhuc. §. si operas. versi. quamuis. ff. de vñ fruct. tex. in.l. 1. §. si hæres. ff. ad Trebel. tex. in.l. x. ris alieni. C. de dona. tex. singu. & vnicus in suo casu. in.l. si res quam. ff. de euictio. vbi vide doct. & in expresso ista ratione & fundamento. ita tenet Paul. de Castr. in.l. in fi. ff. de dona. Franc. de Ripa vbi valde commendat in l. filius familias. §. diui. ff. de lega. l. 8. col. num. 85. Alex. in confi. 10. l. volu. confirmatur, quia si verè & realiter quis vendidit rem vni & postea vñdat alteri, & tradat: ille præfertur: & pri mus empor non potest agere sua actione per sonali aduersus secundum emptorem. vt in.l. quotiens cum materia. C. de rei vend. & in.l. si ue autem. §. si duobus. ff. de publi. ergo eodem modo in nostro casu si quis fecit pactum de retrouendendo: tantū agat contra emptorem obligatum, si habeat & possideat rem non verò contra alium emporum vel particularem possessorem cōfirmatur & 2. per text. cum ma teria in.l. emptorem. C. locati. vbi si quis locauit rem vni & postea vendat alteri, non tene tur ille empor particularis successor stare co

tractui locationis, nec actiue compellere conductorem confirmatur & 3. per tex. cum mate ria in.l. pro parte. ff. de seruitutibus vbi si do minus promisit seruitutem in fundo, & postea eum alteri alienauit, illa obligatio & actio ad seruitutem constituendam non transit ad illū particularem successorem. & idem è conuer so si dominus fundi seruientis in quo est pro missa eum alienauit non tenetur empor illā pati, & constituere, quod intellige, nisi actio nes actiue cedantur, quia tunc bene transi unt in particularem successorem. text. est in.l. si res quam. ff. de euic. & ideo tabelliones soleū ponere in instrumentis illam clausulam. cessit omne ius sibi competens in re vel occasione e ius, ex quo sub deducitur & infertur, quod ex tali pacto non inducit præcisa prohibitio alienationis: sed tñ causatiua. q. alienas & ve niēs contra pactū tenetur ad interesse. quia nō est posita causula resolutiva cōtractus vel trā statua dominii vel possessionis, iuxta textum cum materia in.l. si ita quis. §. ea lege ff. de ver bo. obliga. & in.l. ea lege. C. de con. ob. cau. & in.l. filius fami. §. diui. ff. de leg. 1. ex quo etiam subdeducitur quod talis empor, qui poluit pactum de retrouendendo, nedum tene tur & obligatur quando habet & possidet re verum etiam quando vendidit vel alienauit in hoc tamen erit differentia, quod si habet & possidet, præcisè tenebitur restituere, sicut in contractu venditionis teneretur vendor, ar gumento. l. 1. ff. de actio. empt. si verò alienauit & sic non habet nec possidet, tantum tenetur ad interesse, argumento prædictorum iuriū & probat expressè. l. 42. in fine tit. 5. 5. par. Vnum tamen est, quod si vñtra pactum de retrouendendo, sit appositum inter contrahentes pactum prohibituum venditionis, vñditor habebit actionem contra particularem succe sorem. ita singu. Rode. sua. dicens esse suam no uam & mirabilem practicam in rep. l. postrem iu. folio. 129. 2. columna cum sequenti. Itē quæro si vendor vendidit rem cum tali pacto de retrouendendo, & postea velit soluere partem precij, an possit retrahere rem pro parte pre ciū & idem est si decedat pluribus hæredi bus relictis, an possit vñus sine alio redimere & retrahere pro sua parte & idem est quando sunt plures venditores qui simul vendiderunt rem, an possit vñus sine alio redimere suam partem, & an isto casu habeat locum ius accrescendi? Vide omnino in materia indiui duorum in obligatione facti. in finali illatione 30. Quintus modus est per pactū legis comisso

forix, quādo quis vendidit rem alteri hoc pæcto & conditione: vt si emptor infra certum tēpus pecuniam non soluat, res sit inempta: quo casu, si prædicto tempore non soluatur, statim ipso iure rescinditur vēditio, & dominium rei retransfertur in venditorem, ac si nunquam venditio esset celebrata. tex. est. in. l. & per totū. ff. de lege. commissoria. tex. in. l. commissoria. C. de pæctis inter empto. & venditorem & vtrobiq; commun. docto. & idem disponit. l. 8. tit. 5. 5. par. ex quo singulariter infertur, q̄ vendor potest apponere pæctum in contrāctu venditionis, quod non transferatur dominium in emptorem, donec precium soluatur neq; obstat tex. in. l. cum manufata versi. si. ff. de cont. raemptio. vbi disponit, quod in contractu venditionis non potest poni pæctū, per quod impediatur dominii translatio, sed aut pæctum est nullum, aut contractus iudicabitur locatio, vel similis contractus. & facit tex. in. l. cūm precariō. ff. de preca. & in. l. vbi ita donatur. ff. de dona. cau. mor. & vtrobiq; commun. doct. quia illud est verum soluto precio: secus autem alias, quia tunc bene valet pæctum im peditiū dominij vel extinctiū, quando semel esset quæsitum. Ita tenet & declarat Iōā. And. in additio. ad Specu. in titu. de emptio. & vendi. 3. colum. nu. 8. ver. verum tñ in additio ne. i. Albe. in. l. 2. C. de pæctis inter empto. & vēdi. versi. item quāero. Bald. in rubri. C. de cōtra emptio. 3. col. 13. q. confirmatur etiam, quia dominium & possessio potest transferri sub conditione. tex. est. in. l. qui absenti. §. 1. ff. de acqui. posse. & ibi commu. docto.

Item etiam infertur, q̄ licet vendor nū preferatur in re vendita aliis creditoribus, vt dixi suo loco, tamē illud procedit quando purē & simpliciter vendit eam. secus verō si pæcto & conditione posita, vt non trāsferatur dominium donec pretium sibi soluatur, quia tunc præferatur omnibus aliis creditoribus tanquam in re propria. item etiam infertur, quod in contractibus non transferatur dominium solo titul. sine traditione vera, vel ficta: nec in resolutio ne contractus re transferatur dominium sine traditione, vt in. l. ab emptio. ff. de pæctis. & in. l. 1. & 2. C. quando liceat ab emptio. disce. cum simi. tamen fallit in pæcto legis commissoria, propter maximam bonam fidem requisitā in isto contractu emptio. & vendi. & propter maximam frequentiam eius, ne alias vendor remaneat in maximo damno: & interminis ita tenet. gloss. ordin. in. l. traditionibus. C. de pæctis in glo. si. & ibi Bald. pe. col. nu. 12. & com.

alii. docto. finaliter etiam infertur, quod venditor recuperabit fructus, quos medio tempore percepit emptor. tex. est. in. l. fundo vendito. ff. de lege. cōmi. & ibi gl. or. & co. nnu. docto. & idem expressè disponit prædicta lex. 38. titu. § 5. part. Item adde prosequendo materia, quod sicut pactum legis commissoriae dicitur, & habet locum quando sit pactum, q̄ emptore nō soluente precium infra certum tempus, res sit inempta: codem modo quando sit pactum, q̄ si venditor reddat & restituat pretium emptori infra certum tempus, res sit inempta, valet pactum, & soluto precio & conditione verificata retro transfertur dominium in venditore ita probat tex. singu. iuncta glo. 1. expolitiua in. l. si. àte. C. de pæctis. inter empt. & vendi. &c. ad hoc fumme notat & commendat. ibi paul. de Cast. Sali. & commu. doct. tenet etiam Bal. in. l. ea leg. C. de condi. ob. cau. 3. col. & ibi. Sal. 2. & 5. col. tenet etiam Paul. Alex. & alii doct. in. l. qui absenti. §. 1. ff. de acqui. posse. & ante eos tenet Iaco. Buri. in. l. traditionibus. C. de pæctis. sed his non obstantibus contrariū subtiliter potest atentari: imò quod hoc casu nullo modo transferatur dominium in venditorem: quia nulla lege cauetur. item quia solum pactum legis commissoriae virtus & effectus eius dicitur, & habet locum in casu prædicto, emptore nō soluente preciū, & rationes prædictas secus vero ex parte vendoris in casu prædicto. confirmatur etiam, qui aperte iura communia regulariter & genericè disponit quod ex titu. nullo modo transeat dominiū nisi sequuta traditione vera, vel ficta: que pro forma requiritur, à qua parte non possunt recedere neq; ei resistere ergo in nostro casu postquā iam vendor vendidit, & alienauit suam rem, precium recipiendo & traditionem faciendo: dominium totaliter fuit translatum in emptorem, & pæcto & voluntate eorum non potest postea dominiū reuerti & transferri in ipsum venditorem. argumento tex. formalis, in. l. traditionibus. C. de pæctis. cuius verba sunt traditionibus, vsuacionibus, dominia rerū acquiruntur, non nudis pæctis. text. in. l. traditio. ff. de acqui. rerum domi. text. in. l. nunquam nuda. eo. tit. tex. in. §. per traditionem. Instit. dererum divi. tex. in. l. quod meo. ff. de acqui. poss. tex. in. l. clauibus. ff. de contra. empt. tex. in. l. C. de dona. cum similibus. & istud teneo pro firma veritate salua pace prædictorum doctorum.

Item adde quod ad hoc, vt istud pactum legis commissoriae & eius virtus & effectus ha-  
beat N. 111

*Not. 1.* beat locum : oportet quod verba ponatur in eo directa, ut res sit inempta, contractus non valeat, & similia. secus vero si obliq; vt res reddatur, restituatur, vel similia : quia tunc erit pactum de retrouendendo, & non transffertur ipso iure dominium: sed agitur tantum actione personali ad obseruantiam pacti. Ista est singularia. & ordinaria, in l. i. ff. de donat. quam ibi reputat singu. Bar. Paul. Imola & commu. Docto. Bald. Sali. & alii docto. in l. traditionibus. C. de pactis. idem Bald. in l. 2. C. commun. delega. & ibi alii docto. similis etiam glo. est in l. i. C. de pactis. inter empto. & vendito. Iuncto tex. glo. etiam in l. 3. eo. tit. pro quibus videtur esse lex. 38. iuncta lege. 42. tit. 5. 5. part. item adde, quod ad hoc ut istud pactum legis commissoria etiam per verba directa valeat, & teneat & habeat predictos effectus: oportet & requiritur, quod fiat & interponatur a partibus tempore ipsius contractus: secus autem si fiat & interponatur postea ex interuallo. ita aperte probat per dicta iura & in terminis tenet glo. singularis & vnicam in l. ab emptione. ff. de pactis. in glo. pe. in fine quam ad hoc reputat ibi singulari & vnicam Paul. de cast. 3. col. num. 16. & notant & commendant ibi alii docto. notat etiam & commendat Bald. in l. 2. C. commun. delegat. Sali. & alii docto. in l. traditionibus. C. de pactis & ibi eam reputat vnicam Iaso pen. col. confirmatur per tex. nota. in l. illud in fine. C. de colla. & in l. labeo versi. sed si pure. ff. fami. hercif. & in l. i. in fine. ff. de solut. & in l. licet C. qui potio. in pigno. habe. aduertendum tam pro maxima intelligentia. huius articuli quod fatis venditor nolit vti pacto legis commissoria postquam conditio eius extiterit, sed stare contractu & ad obseruantiam eius agere contra emptorem, potest & admittitur. tex. est. in l. 2. cum lege sequenti. ff. de lege. commu. & ibi glo. or. & commu. docto. & idem disponit predicta. l. 38. tit. 5. 5. part. 6. modus est per pactum adiectionis in diem: nam si quis vendat alteri rem hoc pacto & conditione: vt si infra certum tempus aliis afferat maius precium vel meliori conditionem, res sit inempta. quia tunc precio ab alio illato & soluto rescinditur & nullatur primus contractus. tex. est. in l. i. & per totum. ff. de in diem adiectione. & ibi notat & commendat Bart. Bald. Albe. & commu. docto. & idem disponit lex. 4. tit. 5. 5. part.

3 Item etiam circa predicta necessariò & utiliter quero, an his casibus, quando rescinditur & nullatur contractus ex pacto de retrouendendo vel legis commissoria, vel adiectionis in

diem, debeatur gabella vel non: in quo magistraliter & resolutiouè propono sequentes conclusiones. 1. con q; si fiat cōtractus simpliciter & absolute, & postea resoluatur mutuo cōsenſa partium, bene debetur gabella: quia ius semel quæsumum fisco non potuerunt partes tolere argumen. tex. in l. si post mortem. §. fin. ff. de bono. posse. contra tabu. tex. in l. in insulā. §. fi. ff. de solu. matr. tex. in l. fi. ff. de pactis. tex. in l. si constater vers. exceptis. C. de dona. ante nup. & in exptesso ita tenet Paul. in l. iuris genitum. §. adeo. ff. pactis. 2. col. num. 2. idem paul. in l. ab emptione eo. titu. 2. col. num. 9. & 10. & ibi alii docto. idem pau. in l. i. C. quando liceat ab empt. disce. 2. col. in fine. ex resolutione vero non debetur gabella: quia non est contractus, sed distractus secundum Pau. & docto. vbi suprà: quod tamen intellige, quando contractus resoluatur ex interuallo: secus tamen est, si resoluatur in continentia, quia tunc non debetur gabella, ex cōtractu, nec distractu: quia est perinde ac si a partibus non esset celebratus argumen. tex. in l. contractus. C. de fide in stru. tex. in l. lecta. ff. si certum peta. text. in l. si ita sit scriptum. ff. de lega. i. & vtrobiq; cōmu. docto. & in terminis ita tenet & declarat Pau. & commun. docto. in locis, vbi supra. 2. col. q; si fiat contractus venditionis cum pacto de retrouendendo debetur gabella, licet postea resoluatur, & rescindatur virtute pacti. De ipsa vero resolutione non debetur. argumento predictorum iurium: & ibi etiam tenet Paul. & cū mun. doc. & in terminis ita tenet Ange. Imola, & Roma. per tex. ibi in l. si hominem. ff. de vsu cap. Aretin. in l. Pomponius. §. cūm quid. ff. de acqui. posse. Alex. in §. præterea, eiusdem legis 3. cons. quod si contractus venditionis fiat cū pacto directo legis commissoria, vel adiectionis in diem, & postea resoluatur cōtractus virtute pacti, an debeatur gabella, vel non, est notabilior & difficilior articulus ceteris: & videatur q; non debeatur gabella ex cōtractu, neq; ex resolutione eius: quia illud pactū, si postea verificetur, resoluunt ipso iure contractum, ac si nunquā præcessisset & per cōsequens omnes effectus eius. argumento tex. in l. i. & per totū ff. de lege commi. & in l. i. & per totum. ff. de in diem adiec. probat etiam tex. in l. potior vers. videamus. ff. qui. potio. in pign. habe. ergo nō debetur gabella, & in expresso ita tenet Petrus de bella pert. in l. fi. §. sed quia. C. commun. de lega. 3. col. & ibi Paul. de cast. 2. col. & alii doc. tenet etiam Paul. in l. ab emptione. ff. de pacr. 2. col. num. 9. idem Pau. in l. i. C. quando liceat ab

# Tomi. II. Cap.II.

ab emptio. disce. si. col. Bal. in. l. traditionibus.  
 C. de paetis. pe. col. & si fortè gabella fuit soluta  
 facto contractu, postea eo resoluto potest  
 repeti, tanquam in debitè soluta, secundum eo  
 sdem. Sed his non obstantibus ego teneo con-  
 trariam sententiam: immo quod debeatur gabella  
 ex primo contractu, & non possit repeti à si-  
 scoli cùt postea contractus resoluatur. Primò  
 quia ipse contractus fuit purè & simpliciter ce-  
 lebratus: & semel valuit & fuit perfectus, & per  
 consequens fuit ius quæ situ fisco ergo statim  
 ei debetur gabella, licet postea resoluatur con-  
 tractus. Neq; obstat quod talis resolutio retro-  
 trahitur, quia intelligitur respectu contrahen-  
 tium, non verò respectu fisci, vel alicuius tertij.  
 Vel aliter respondeo quod ipse mete contractus  
 non est celebratus sub conditione: sed tantum  
 distractus & resolutio eius. Ita singula rite &  
 subtiliter probat tex. in. l. 3. ff. de contra. emot.  
 text. etiam bene ponderatus in. l. 1. ff. delege co-  
 mi. & in. l. 2. ff. de in diem adiec. & inter termi-  
 nis ita tener. Bar. in. l. fi. §. si autem C. commu-  
 delega. vbi dicit, quod si grauatus restituere re  
 sub conditione, eam vendat interim, valet alici-  
 natio & debetur gabella, licet postea aduenie-  
 te conditione resoluatur contractus, & aliena-  
 tio & ibi sequuntur commun. docto. tenet e-  
 tiam Platea in. l. sancimus. la. i. C. de cōsulibus  
 lib. 12. l. col. in medio.

32. Item principaliter quæro, siquis vendat rem  
 & post contractum pereat, vel deterioretur, cu-  
 ius periculo perit? In quo articulo magistrali-  
 ter & resolutiù dico, quod si talis res pereat,  
 vel deterioretur culpa, vel negligentia vendito-  
 ris, tenetur damnum vel estimationem soluere  
 & hoc habet locum, nedum quando commi-  
 fit culpam in faciendo: verum etiam in omit-  
 tendo: vt si res minus culta sit vel cautio dam-  
 ni infecti non sit perita, vel sua negligentia fur-  
 to vel rapina subtrahita, vel igne cōsumpta, vel  
 aliud damnum patiatur, vel deniq; non adhi-  
 buit in re conservanda illam custodiā, & dili-  
 gentiam, quam bonus pater familias suis pro-  
 priis rebus adhiberet. cuius ratio vera & mēta-  
 lis est, quia venditor ante quam tradat rem, cen-  
 setur tanquam procurator eius, qui à lege ha-  
 bet mandatum. ita probat. text. singul. in. l. q.  
 sepe. §. si res. ff. de contra. empt. tex. in. l. vendi-  
 tor domus. ff. de actio. emptio. tex. in. l. 3. ff. de  
 peri. & commo. rei vendi. text. in. l. Julianus. §.  
 idem Coelsus. ff. de actio. emp. & vtro biq; cō-  
 mun. docto. Si verò talis res non pereat vel de-  
 terioretur culpa vel negligentia venditoris: sed  
 naturaliter, vel accidentaliter: tunc si erat tradi-

Centra

ta verè vel fictè: notissimum est, quod pericu-  
 lum & damnum est emporis, & non vendito-  
 ris, cù in eum sit translatum dominium, & ven-  
 ditor ex sua parte soluit, & totaliter adimple-  
 uit cōtractum, & in expresso ita disponit tex.  
 in. l. lectos. & in. l. quod si neq; ff. de peri. & co-  
 mo. rei venditæ. si vero res non sit tradita ve-  
 rè nec fictè: similiter etiam periculum & dam-  
 nū est emporis: quia ista est regula & doctrina  
 generica, quod si contractus est perfectus  
 quo ad obligationem, & habet omnia substan-  
 tialia, periculum & damnum est emporis, &  
 venditor tanquam debitor inspecie, perempta  
 ipsa specie liberatur. Ex quo infertur, quod  
 mortua vel perempta re, vel deteriorata, em-  
 por tenetur ad premium, licet res sibi non tra-  
 datur: text. est formalis, & expressus in. l. fi. C.  
 de peri. & commo. rei ven. & ibi notat & com-  
 mendat. glos. or. & commu. doct. tex. in. l. si in  
 emptione. §. si emptio. ff. de contra. emp. text.  
 in. l. Lucius. ff. de euictio. tex. in. l. cum empor  
 ff. de refcin. vedi. tex. in. l. necessario. ff. de peri.  
 & commo. rej vendi. tex. in. l. si vendita eo. tit.  
 tex. in. §. cum autem Insti. de emptio. & vend.  
 & idem disponit lex. 23. tit. 5. 5. par. Confirmatur  
 etiam, quia debitor in specie, perempta spe-  
 cie liberat, text. est capitalis, & expressus in. l.  
 quod te mihi. ff. si cert. peta. tex. in. l. si ex lega-  
 ti causa. ff. deverbo. obliga. cum similibus. &  
 in terminis in nostro casu, & materia ista est  
 particularis & specifica ratio: quia cùm in po-  
 testate emporis fuit, agere ad rem & eam con-  
 sequi, & post traditionem periculum rei ad eū  
 pertineret, ita eodem modo antè cù nulla cul-  
 pa possit venditori imputari, & istam rationē  
 ponit Bal. in rubri. C. de peri. & commo. rei vē-  
 di. 2. col. in medio: sed aduertendum quod con-  
 tra prædicta facit regula & doctrina iuris, que  
 habet, quod in contractu emptionis, & vendi-  
 tionis, & quolibet alio contractu oneroso res-  
 pectu, facta resolutione ex vna parte, resolu-  
 tur ipso iure ex alia. tex. est in. l. bona fides. ff.  
 de actio. empti. cuius verba sunt. Bona fides  
 non patitur vt cùm empor alicuius legis be-  
 neficio pecuniam rei venditæ debere desisset,  
 antè quam res ei tradatur, venditor tradere cō-  
 pellatur, & res sua carere. & ad hoc notat & cō-  
 ibi Bar. Paul. Sali. Ful. & commun. doct. sed no-  
 tabiliter respondeo quod prædicta iura prima  
 debent intelligi, quādo resoluitur contractus  
 ex vna parte per mortem & interitum rei, &  
 casum fortuitum: quia tunc nō resoluitur ex  
 alia: sed empor tenetur soluere premium text.  
 verò in dict. L bona fides loquitur & procedit,  
 quā

quando re extante resolutur contractus ex vna parte per dispositionē legis, vel principis, vel sententiam iudicis. & iste est verus sensus & intellectus illius tex. & omnium doctorum ibi. Et in terminis ita tenet & declarat Bald. in l. fi. C. de peri. & commo. rei. vend. quid autem si talis resolutio contractus fiat sola voluntate, & conuentione partium ex vna parte, an resoluatur ex alia? dico quod si resvendita nondum erat tradita à venditore nec precium ab emptore, tali casu facta resolutione ex vna parte: quia vendor solus liberauit emptorem à precio, verum etiam vendor liberatus à traditione rei: vel si emptor liberauit venditorem à re videtur emptor liberatus à precio. Si vero iam erat res tradita, & unus eorum liberauit aliud videtur ei donare, & tantum resolutur contractus ab vna parte. ita probat tex. nota in l. cū emptor. ff. de rescin. vendi. tex. in l. fi. ff. de ace ptilia. tex. in l. si conuenerit. ff. de pactis text. in l. 5. ff. locati. & vtrobiq; tenent glo. or. & cōmun. docto. prædicta tamen intellige in rebus immobilibus, vel in rebus mobilibus consistētibus in specie: secūs verò est in rebus consistētibus pondere: vel mensura: vt vino, oleo, frumento, vel similibus rebus: quia antetraditionem periculum non pertinet ad emptorem. sed ad venditorem, in quo articulo verè & resolutio dico, quod si quis vendat certas amphoras vini vel olei in genere, & simpliciter nō designato, vel determinato loco, ex quo debeat extrahi, & fieri solutio damnum & periculum erit vendoris, licet illud quod haberet in suo patrimonio pereat: quia genus perire non potest. argumento text. in l. in ratione la 2. §. in certa. ff. ad legem Falci. tex. in l. incēdiū C. si certum peta. cum simi. quia non tenebatur vendor soluere magis ex uno quam ex alio, vnde etiam si illud, quod alibi esset, periret non esset liberatus per prædicta iura cum ratione si verò vēdat certas amphoras vini vel olei certos modios frumenti, ex aliquo loco determinato, & nulla interuenit traditio, degustatio vel māsuratio: periculum pertinet ad vendorē & nō ad emptorē: quia non vt in specie videtur facta venditio, sed magis in genere: post degustationem verò, vel mensurationem, periculum pertinet ad emptorē. text. est in l. 1. & per totum. ff. de peri. & commo. rei vend. text. in l. 2. C. eo. titu. tex. in l. quod sape. §. in his. ff. de contra. emptio. cuius ratio potest esse duplex. Prima quia illa degustatio, mensuratio, vel ponderatio videtur habere vim traditionis secunda quia in istis rebus contractus videtur factus sub tacita conditione, si ponderentur,

vel māsurentur. ita probat tex. formalis & expressus in dict. l. quod sape. §. in his. quod tamē limita & intellige, nisi per emptorem steterit quò minus ponderarētur vel māsurentur. tex. est. in. l. si per emptorem. ff. de peri. & commo. rei vend. & in. l. 2. C. eo. titu. item limita nisi venditio fiat pacto & conuentione: vt emptor subeat periculum, vt in l. si quis vina. §. si in aduersione. ff. de peri. & commo. rei ven. Siverò tales resvendantur tanquam species: vel certum corpus: vt si quis vendat vinum, oleum, vel frumentum, quod sit in tali dolio, vase, vel loco: tunc periculum pertinet ad emptorem & non ad venditorem quia venditio videtur facta in in specie & non in genere tex. est in l. 1. versic. sed si non sunt. ff. de peri. & commo. rei vend. tex. in l. 2. versi. cū autem. C. eo. tit. quod primò limita, nisi vendor succipit in se periculum, vt in l. 1. versi. l. ff. de pericu. & cōmo. ven. secūdò limita nisi per vendorē steterit. quo minus ponderarētur, aut māsurentur. tex. est tn. l. si quis vina. ff. de peri. & cōmo. rei ven. tertio limita, nisi vendor afferuit & affirmauit bonitatem rei venditae duraturam, vellicet non afferuit, tamen sciebat bonitatem non esse duraturam & non certiorauit emptorē. tex. est nota. in l. si vina, quæ in dolii. ff. de peric. & commo. rei. ven. & ibi docto. & idem disponit l. 39. titu. 5. 5. part. & idem videtur esse quando vendor sciebat ordinatem factam, vel de proximo faciendam in illo loco, vel ciuitate, de vino vel frumento minus vendendo, & viliori precio: & non certiorauit emptorem: quia tūc tenetur vendor, arguendo de mutatione qualitatis intrinsecè ad qualitatem extrinsecam, quæ est precium rei. Et in effectu istam doctrinam & resolutionē ponit. Bald. post antiquos in l. 1. ff. de peri. & commo. rei ven. idem Bald. post Cinum & antiquos in l. 2. C. eo. titu. pro qua est hodie. l. notabilis par. l. 24. & 25. titu. 5. 5. part.

*Sicut Cas. 1  
gen. 5. 5. part.  
zal. mer. 5.  
santa ann.*

33. Item prædicta intellige in cōtractu venditio nisi pure celebrato: secūs verò si sub conditione, quia tunc si pendente conditione respectat: periculum est vendoris: quia modo dicamus quod contractus valeat ex tunc, non reperitur res quæ vendatur, item si dicamus, q; retrotrahatur, non reperitur extremum habile à quo scilicet res vt inducatur fictio. Vnde sequitur quod non valet, & per consequens periculum est vendoris. text. est in l. necessario. §. quod si pendente. ff. de peri. & commo. rei ven. & ibi commo. docto. & idem disponit. l. 26. tit. 5. 5. par. Item principaliter quāro an & quando debeatur euictio, si res euincatur ab emptore

emptore in quo articulo vtili & quotidiano re solutiū ē dico, q̄ in oībus cōtractib⁹ onerosis de beſeuictio. tex.in.l.libera.C.de ſen.& interlo. om.iu.ex quo.i.infertur, q̄ in cōtractu emptio niſ & ven. debetur euictio ſi reſeuincatur ab emptore. tex.eſt in.l.i.& quāli per totum. ff.de euict. tex.in.l.emptor fundi & quāli per totū. C.eo.tit.tex.in.cap.fin.extra de emp.& vend. tex.in.l.33.tit.5.5.par.2.infertur q̄ in contractu permutationis debetur euictio: ſi alio ex cōtrahētibus reſeuincatur. text. eſt in.l. ſi per mutationis. C.de euictio. & ibi glo.or. & com mun. doct. tex.in.l.i.C. de rerū per. & ibi etiā com. doct. tertio infertur q̄ in contractu da tionis insolutum habet locū euictio tex. eſt in di.l.libera.C.de ſent.& inter. omni.iudi. & ibi notat Bal. & cō.doc. Quintō infertur, q̄ ſi poſ ſſor bonę fidei tradit ſerū pro noxa, & po ſtea ſit euictus à vero dño, q̄ tradēs tenetur de euictione, cū videatur tradere ex cauſa onero ſo, arg. p̄dictorū iuriū, & in expresso ita tenet Azo. in ſum. C.de euictio.2.col.nu.6. ſed iſta o pinio aperte eſt falsa, imo teneo q̄ nō debeat euictio: qa eadē rāe qua liberatur dñs, dādo ſerū, pnoxa, ne malignitas ſerui poſſit dño præ iudicare: ita eadē etiā liberatur bonę fidei po ſſor tradendo ſerū, & ius q̄ habebat in eo. & in ſuper pōt ille tertius poſſeffor, cui ſeruus fuſt traditus: qñ dñs vendicet ſe defendere præ textu exceptiōis, niſ ſoluatur ſibi preciū dāni text. eſt bene notādus in.l. ſi noxale. g. f. ff. de noxa. & ibi cō.doc. & licet ſic nō declarant: & per eū ita tenet Petrus in.l.2.C.de euict.2. col. Sextō infertur q̄ in diuīſiō hēreditatis habet locū euictio: nā ſi hēredes inter ſe diuidūt hēreditatē ſua voluntate, vel iudicis authoritate & adiudicetur cuilibet ſuapars & portio, & po ſtea aliqua reſeuincatur ab aliquo hērede, ille poterit agere contra cohēredes de euictione pro portionibus ſuis. textus eſt nota & expre ſſus in.l. ſi famili. C.famili.herciſ. & ibi notat. & cō mun. gloss. ord. Odo. Pe. Iacob. Butri. Ci. Bart. Albe. & cō. doct. text. in.l. ſi fratres. C.cō.vtri. iud. tex. in.l. hēredes. g. f. ff. fa. her. tex. in.l. ſi cū vēdōr. g. f. ff. de euic. & idē diſponit. l. pe. tit. 15.6. part. cuius ratio eſt qa diuīſio hēreditatis censetur quēdā per mutatio, vt in.l. cū pater. g. hēreditatē el.2. ff. de leg.2. & in.l. ſi filia. g. ſi pa ter. ff. famili. her. itē etiā habet vim emptionis & vēditionis. vt in.l.i.C.cō.vtriusq; iudi. nā cūm quālibet res hēreditaria ante diuīſionem ſit cōmunis pro indiuīſo inter hēredes, pro portionibus ſuis, ſequitur quōd facta po ſtea diuī ſione quālibet hēres habet ſuam partem iure

proprio, & ex ſua pérſona in re ſibi ad iudica ta, & alias partes habet ex pérſona cohēredū, vnde meritō ille à quo res eſt euicta, poteſt a gerē de euictione cōtra alios pro ſuis partibus non verō pro ſua propria, & iſtam rationem voluit gloss. ordin. in diſt.1. ſi famili. C.famili. herſ. & ibi ſubtiliter Bald. prima columna nu. 2. & commun. alii docto. quod tamen intellige vt debeat euictio, quo ad preciū & estimationem rei euictae non verō quo ad interelle cum hēres non ſit in culpa. ſecundum docto. ibi & idem eſt in diuīſione rei particularis, que ſit inter ſocios habentes rem communem ex quocunque titulo vel contractu vel ex legato vel fideicomiſſo duobus vel pluribus relitto text. eſt expreſſus & ſingularis in.l. item quā uis. g. f. ff. commu. diu.

34 Vnum tamen eſt quod licet in aliis contracti tib⁹, in quibus debetur euictio, teneatur ve ditor vel alienator ſaltim ad preciū, & estimationem rei, etiam ſi expreſſe diſtum eſt, quōd non teneatur de euictione, vt in ſuо loco di cam: tamen in diuīſione hēreditatis non debe tur euictio, nec preciū rei, ſi inter hēredes a ctum eſt quod non teneantur de euictione: quia tali caſu conſideratur inter eos ratio mu tui periculi, & ſic nemo remanet laſus ex tali conuentione. ita probat textus in diſt.1. ſi famili. C.famili.herciſ. vbi dicit text. quod ita demum agitur de euictione inter cohēredes, ſi nihil in contrarium eſt conuentum, & in ter minis ita tenet ibi gloss. ſingul. & vnicā in glo ſa fin. in medio quam ibi ad hoc dicit ſingula. Bart. Angelus, Paulus & communiter docto. & reputat vnicām Bald. & Angelus in.l. non dubitatur. C.de euictio. confirmatur etiam per tex. ſingu. & vnicum in.l. de fideicomiſſo. C.de trāſa. vbi habetur quod ſi duo vel plures hē redes ad inuicē remittunt ſibi fideicomiſſum reciprocum iniunctum à teſtatore. vt ille qui decebat ſine liberis reſtituat alteri ſuam parre valet & tenet, nec competit reſtitutio: licet ali quis eorū ſit minor, & in eo ſit verificata cō ditio ad hoc ſume notant & comendant ibi cō mu. doct. & reputat ſingularem & vnicā Bald in.l. cum Archimedora in.C. vt in poſſe. leg.1. col. nu.3. & in expresso tenet Bart. in.l. qui Ro. g. duofratres. ff. de verbor. oblig. pe. colū. ii. q. & ibi Imola .5.colum.num. 5. Aretinus. ſepti ma col. & communiter docto. aduertendum tñ, q̄ p̄dicta conclusio, quā habet q̄ in diu iuī ſione hēreditatis debeat euictio, debet in telligi, q̄ talis diuīſio fit de voluntate ipſorum hēredū, vel authoritate iudicis: ſecundū eſt ſi fiat

voluntate & dispositione testatoris, qui in testamento diuisit inter eos sua bona, quia tunc si postea ab aliquo eorum aliqua res fureit per tertium euictio non debetur euictio, petendo iure actionis: secus verò retinendo iure exceptionis: quia fortè pluribus sunt facta prælegata, & ab uno sit rese euicta. & alii hæredes agant contra posse fore: nam potest se tueri, donec conseruetur indemnitas à sua parte euicta. text. est singu. & vnicus in l. cùm parte. §. euictis. ff. de lega. 2. quem adhoc notat & commendat ibi glo. or. Bar. Albe. & commun. docto. & reputat singularem & vnicum Bald. Paul. Imola. & per illum tex. tenet glo. or. in dic. l. si familiæ. C. fami. hær. & ibi commun. doct. & in l. si cogitatione eo. tit. Bar. in l. qui romæ. §. duo fratres ff. de verbo. obliga. pe. col. 13. q. Rode. Sua. qui beneloquitur in repe. l. quātū in prioribus. C. de inoffi. testa. fo. 89. 2. col. versi. Tertiò quæro & idem expressè disponit. l. pe. titul. 15. 6. par. quod tamen singul. intellige, nisi quo ad legitimam, quia pro ea poterit agere filius contra alios fratres co hæredes re euicta: licet fuerit si bi assignata per patrem, & idem est quando pater in vita per viam donationis donavit filio aliquam rem, quæ veniat imputanda in sua legitima, quia si fuerit euicta poterit filius agere de euictione cōtra alios fratres, vel cohæredes ita probat tex. singularis & expressus in l. Scimus. C. de inoffi. testa. & ibi adhac expressè notat & commendat Bald. i. col. Sali. 2. Iaso. 2. col. 4. no. per illum tex. ita tenet petrus in l. si familiæ. C. fami. hær. Albe. in l. hæredes. §. fin. ff. fami. hær. Roma. vbi reputat singu. in l. Aristo. §. fi. ff. de dona. Item adde quod in prædictis contractibus onerosis nedum debetur euictio quando euincitur tota res: sed etiam quando euincitur aliqua pars eius pro diuisio vel indiuisio, quo casu si eueniatur pars pro diuisio, fit estimatio loci & bonitatis eius: si verò euincitur pars pro indiuisio, tantū fit estimatio quotæ. tex. est in l. ff. de euictio. Et ibi tenet glo. or. Odofre. Bar. Bald. Sali. & commun. doct. in contractibus verò lucrativis non debetur euictio. Ex quo. i. infertur, quod in contractu donationis non habet locum euictio, vnde si quis donet alteri aliquam rem, & ab aliquo tertio euincatur, non tenetur donator de euictione. imò nec tenetur adsumptus factos in ipsa re euicta, nec ad expensas factas in lite prædefenda, nisi dolo fecerit donator, vt quia scire donavit rem alienam, quia tunc tenebitur actione de dolo. tex. est in l. Aristo. §. fin. ff. de don. cuius verba sunt. Labeo ait, si quis mihi re

alienam donauerit inq; eam sumptus magnos fecerim sic & mihi communicatur nullam mihi actionem contra donatorem competere. planè de dolo posse me aduersus eum habere actionem, si dolo fecit, & ibi glo. or. bart. & commun. doct. tex. in l. ad res donatas. ff. de edilitio edi. vbi in re donata licet appareat virtus, nō habet locum actio redhibitoria, vel quanto minoris: facit text. in l. quotiens. §. planè, iūto versic. sequenti. ff. si fami. fur. fe. dica. cuius ratio est qa donatarius nō videtur esse in damnō, cùm prætentat causam lucrativam item etiam quia liberalitas donatoris non debet esse sibi nocua, vt dicit iuris consultus in dict. l. ad res donatas de edil. edic. quod tamen intellege quando donatio incipit à traditione quia donator perviam donationis tradidit alteri ali quam rem quia tunc nulla resultat obligatio ex qua oriatur actio de euictione: secus verò si donatio incipit à promissione quia per viam contractus quis promisit alteri rem & postea ei tradita fuit & ab eo sit euicta quia tunc bene tenetur donator de euictione ita probat tex. in dict. l. Aristo. §. fi. & ibi tenet glo. or. fi. Bart. Albe. Imo. Pau. & commun. doct. tex. in l. l. C. de iure dot. & ibi doct. & istam doctrinam & con. tenet Azo. in summa. C. de euictio. 2. col. num. 4. glo. l. 2. C. de euictio. & ibi Cinus. i. col. Albe. Bal. Sali. & commun. docto. Bart. in l. Iulianus. §. i. isto titu. de verbo. obliga. Odofred. in rub. ff. de euictio. Abbas in c. fi. de emptio. & vendit. fi. col. num. 10. & ibi Anchar. 3. col. 4. q. Anto. fi. col. num. 22. & commun. docto. aduertendum tamen quod ista conclusio non videtur vera imo videtur dicendum quod etiam fidonatio incipiat à promissione non teneatur donator de euictione. Primò quia iura superius allegata simpliciter & indistincte dicunt donatorem non teneri de euictione. Secundò qa in dubio nō videtur quis donare nisi ius quod habet in re argumento tex. in l. serui electione. §. fi. de delega. i. & in l. si domus. §. fi. eod. tit. & in l. quod in rerum. §. i. eo. tit. & in l. vxor patrui. C. delega. & latius dico infra ista repetitione in contractu dona. Tertiò quia idem est in legato quia si testator legat rem alienam ignoranter non tenetur hæres de euictione nec soluere precium eius vt in l. cum rem alienam. C. delega. cum similibus. & in expresso licet non ex his fundamentis istam senten. & conclusio nem tenet Fulgo. in l. ad res donatas. ff. de edi. edi. & ante ipsum reperio quod istam senten. & cōtenet Pe. de Bel. per. in l. 2. C. de euictio. 2. col. in p̄. laco. dera. ibi. quem refert Cinus. Vnde

## Tomi. II. Cap.II.

vnde pro cōcordia posset duplicitate dici. i. modo quod eadē distinctione que sit in legatis fiat in donatiōne quia si donator donauit rem alienam scienter teneatur ad estimationem eius & de euictione modo incipiat à traditione modo à promissione si vero ignoranter non teneatur de euictione nec ad estimationem & istam cōcordiam tentauit Petrus in dict. l. 2. C. de euic. 2. col. sed ipse eam reprehendit quia in legatis plenior sit interpretatio. vel aliter & secundo pro cōcordia posset dici quod si donator promisit rem certam & determinatam ignoranter quod nullo modo teneatur de euictione quia videtur illam donare talem qualē esse reperitur: si vero promisit rem in genere & postea soluit illam speciem alienam pro ad implemento obligationis & sit euicta teneatur de euictione quia sic reperimus esse in legatis vt in l. à substituto. §. i. dele. i. & in terminis ita tenet Alex. in dic. l. si à substituto. §. i. de leg. i. sed his non obstantibus teneo commū. opin. imo q̄ quando donatio incipit à traditione non teneatur donator de euictiōne nec ad estimationem rei modo scienter donauit modo ignoranter vt dixi, nec obstat quod tūc videtur esse in dolo scienter donando rem alienam, quia respondeo quod tenetur actione dc dolo adsumptus factos in re non vero tenetur ad valorem vel estimationē rei euictē text. est qui sic debet intelligi in dicta l. Arist. §. fin. ff. de dona. & ibi docto. & in specie ita tenet & declarat ibi Pau. ibi doctor. & in specie ita tenet & declarat ibi Paul. de Cast. & alii docto. nec obstat quod in vltimis voluntatibus si testator legat scienter rem alienam debetur estimatio vt in l. cum rē alienam. C. de lega. cum simi. quia favorabiliores sunt vltimē voluntates quam contractus & in eis sit latior interpretatio. Si verò incipit à promissione indistincte teneatur de euictione modo scienter donauit rem alienam modo ignoranter modō in genere modō in specie per iura superius allegata. confirmatur tali ratione. quia isto casu videtur donator se obligare trāsferre dominium & rem facere donatari argumento. tex. in l. vbi autem non oportet §. fi. ff. de verbo. obli. textus cum materia in §. sicutq; insti. de actio. nec obstat si dicas quod in vltimis voluntatibus si testator legat rem alienam ignoranter non debetur estimatio vt in dict. l. cum res alienam. C. de lega. cum simi. quia ibi nullus precessit contractus ratione cuius teneatur de euictione vel remaneat obligatus in aliquo. aduertendum tamen quod circa hoc se offert mihi subtilis & necessaria difficultas. quae talis est in contractu donationis sim-

vnde non videtur vendere aliquā rē particula rem: sed tantūm ius vniuersale hæreditariū sibi competens, & cum illud non sit euictum merito non tenetur de euictione istam rationem probat tex.no.in.l.z. in princi. ff. de hære. vel actio. ven. & per eum tenet glo. ord. & commu. doct. ibi in dicta.l.i.C.de euict.

*Nigatij. 45* Item quero si non euincatur tota res vendita nec pars eius sed ius seruitutis an venditor teneatur de euictio: & ciste passus est subtilis & quotidianus, in quo refolutiū dico q̄ si vincitur vsus fructus, benē debetur euictio. tex.est in.l. quid si quid. versi. si vsus fructus. ff. de euictio. tex. in.l. vaccæ. eo. titu. tex. in.l. si ab emptore eo. tit. & vtrobiq; commu. doct. cuius ratio est vsus fructus censemur pars rei, vt in.l. 4. ff. de vsu fructu. & in.l. qui vsum fructum. infra isto titul. de verbo. obli. & in.l. si ita stipulatus fuero. si Titius. §. i. eo. titu. & in.l. si alij. ff. de vsu. fru. lega. & in.l. prætoris officio. §. fi. ff. de damno infect. & in.l. fi. C. de longi. tempo. præf. cum similibus. Sed si pars rei euincatur, debetur euictio vt in.l. ff. de euictio. & suprà dictum est. Ergo eadem ratione debeatur, si vsus fructus euincitur. Sive rō euincatur seruitus urbana vel rustica, vt altius tollendi stillicidium auertendi vel non auertendi, tigni immitendi, vel prohibendi iteris. actus viæ, aqueductus vel similiſ ſeruit<sup>9</sup>, tūc non tenetur venditor de euictione. tex.est in.l. penul. ff. de euictio. cuius verba sunt. Quò ad seruitutes prædiorum attinet, si tacitè securæ sunt & vendicentur ab alio, quintus Mutius & Sabinus existimat venditorem ob euictionem teneri non posse, & ibi notat & commendat glo. ord. Odofre. Bar. Bal. Albe. Ang. & commu. doct. cuius ratio est: quia talis seruitus non est pars integralis fundi: sed qualitas seu accidens quod ei accessoriè cohæret. vt in.l. quid aliud. ff. de verbo. signifi. & in.l. ff. de vsu fru. lega. & in.l. non tantūm. §. fi. de peti. hæred. & in.l. pecoris. ff. de serui. rusti. prædi. & in.l. via constituit. §. si fundus. eo. tit. & in.l. si aqueductus. ff. de contra. emptio. & in.l. alienatio. eo. titu. & in.l. testatrix. §. fi. ff. si serui. vendi. & in.l. 3. C. de serui. & aqua. quòd tamen limita & intellige quando simpliciter fiat venditio, secùs tamē est si expressè dictū fuit per venditorem, fundum non debere seruitutem, nam tunc bene tenetur de euictione. tex.est in dicta.l. pen. verfic. i. ff. de euictio. ibi nisi vt optim<sup>9</sup> maximusq; esset traditus fundus, & ibi communiter doctores.

Secundò limita & intellige, nisi venditor sci-

ret fundum debere seruitutē, & tacuit & emptorem de ea non certiorauit, quia tunc teneatr actione ex empto ad interesse licet non ad duplam. tex.est no. in.l. §. i. ff. de actio. emp. tex. in.l. Julianus. eo. tit. tex. in.l. quero. eo. tit. vbi plus dicit q̄ non sufficit certiorare de seruitute in genere, sed specificè. Si verō venditor ignorabat fundum debere seruitutem, tunc non agit emptor de euictione ad totale interesse: sed tantū poterit agere quanto minoris esset empturus, si sciret seruitutem impositam. tex.est in.l. quotiens. ff. de ædili. edito. cuius verba sunt. Quotiens de seruitute agitur, vietus tantū debet præstare, quanto minoris emisset emptor, si sciret hanc seruitutem impositam. tex. in.l. quid si quid. versi. fi. ff. de euictio. & ibi commu. doct. & in expresso ista doctrinam & resolutionē tenet Azo. in sum. C. de euictio. tenet etiam glo. ord. in.l. pe. eo. tit. & ibi commu. doct. & melius quam alias Fulgo. glo. etiam ord. in.l. cùm venderes ff. de contra. emptio. & ibi commu. doct. Ale- xand. in.l. stipulatio ista. §. si quis fortè, infrā isto titulo de verbo. obli. pe. col. num. 13. & ibi Iaso. 4. col. nu. 10. & idem quod dictum est in seruitute reali, habet etiam locum in seruitute vesus, cùm nō sit pars rei. ita tenet solus Fulgo. in dicta.l. pe. ff. de euictio. Aduertendum tamen q̄ hodie videtur quædam noua lex. par. hoc corrigerem: immo quòd si vēditor fuerit sciēs possit emptor ratioe seruitutis euictare scindere contractum vēditionis, & petere premium solutum & damnum & interesse, quòd ex hoc prætendit. Si verō fuerit ignorans similiter possit emptor agere ad recisionē contractus: sed non ad aliquod damnum, vel interesse, ita expressè disponit lex. 63. tit. quinto 5. par. quam reproto singu. in materia, & eam notabiliter intelligo emptore volēte agere ad recisionem contractus: secūs verō si velit habere & retinere rem & agere tantūm ad interesse seruitutis euictæ, eo casu quo scienter fuit vendita vel quanto minoris, quando ignoranter esset vendita: quia tunc crederē ius cōmune posse, pcedere & debere intelligi, & sic ista remedia esse in electione empto. argu. tex. iūcta glo. & communis opinio in.l. & eleganter ff. de dolo & in.l. Julianus. §. si quis colludente. ff. de actio. emp. & ita iudicauit in causa mihi commissa.

Si verō emptor prætendat fundo empto deberi seruitutē & vietus sit, non poterit agere de euictione, nec alio remedio contra venditorem, nisi expressè & specialiter vēditor dixerit.

Vide fol. 18.  
Col. 2.

pratica. 18.  
63. 5. par.

rit q̄ ei debebatur talis seruitus: nam tunc be ne teneretur. tex. est in dict. l. pe. in fine ff. de euictio. cuius verba sunt. Si verò emptor petat viam vel actum, venditorem teneri nō pos se, nisi nominatim dixerit accessurū iter vel a dū, tūc. n. teneri eū q̄ ita dixerit. & ibi glo. or.  
 46 Itē etiā quero de articulo subtili & necessario, an actio de euictione trāseat in particula re successorē cōtra primū vēditorē vel autorē: in quo resolutiuē dico q̄ si emptor vendidit vel alienauit rem titulo oneroso: ex quo debetur euictio & à secūdo vel vltiore empto re vel p̄ticulari successore res euincat, nō p̄t agere immediate de euictione cōtra primū vēditorē vel autorē à quo illa res descēdit: sed oportet q̄ q̄libet p̄ticularis successor denūtiet suo immediato venditori vel autori, & agat contra eum de euictione. cui⁹ ratio potest esse duplex. Prima, quia cum diuersi sint tituli & contractus & similiter diuersi sint contrahentes, merito ex quolibet oritur sua propria & noua actio de euictione, quē non potest in tētari cōtra primū vēditorē vel autorē, cū eū nō habeat obligatū. Secūda ratio est, q̄a actio exempta de euictione quæ cōpetit primo emptori cōtra primū vēditorē vel autorē est personalis, & de sui natura nō trāsit actiuē nec pa siuē ad p̄ticularē successorē rei, vt in l. fi. §. fi. de contra. emptio. cum simi. ergo ille secund⁹ tertius vel vltior emptor non poterit agere contra primū vēditorē vel autorem, & in terminis istam sententiā & concl. tenet glo sing. & or. licet nō ita declarerit in l. si pro re. §. i. ff. de euict. in verbo agere. & ad hoc reputat quotidianum Bal. in l. cūm successores. C. de euictio. & ibi Ange. de Peru. & alij doct. & illam glo. ad hoc reputat in iure sing. Ange. de Are. in. §. actionum. Insti. de actio. 9. col. tenet etiam & commendat Anto. de Bur. in cap. fi. de emptio. & vend. 2. col. Siverò emptor alienauit rem in aliquam p̄ticularē successorē rem titulo lucrativo ex quo non debetur euictio & ab eo sit euicta, nō potest agere de euictione cōtra primum immediatum autorem suum: quia ab eo habet rem ex causa lucrativa, nec potest agere de euictione ex persona sui autoris contra primum vēditorē vel autorem: quia similiter actio eius actua personalis non transit ad p̄ticularē successorē & in terminis pro hoc est text. singularis & vnicus in l. si res quam. ff. de euictio. cuius verba sunt. Si res quam à Titio emi legata sit à me, non potest legatarius conuentus à domino rei vēditori meo denuntiare nisi cessat ei

fuerint actiōes vel quodā casu hypothecas ha beat, quē ibi notat Bal. Ange. Sali. Fulg. & cō mu. doc. & reputat vnicū Bal. in. l. i. C. de rerū p̄mu. 2. col. idē Bal. in. l. i. C. de iure do. fi. col. & q. idē Bal. in. rubr. extra de. p̄cura. i. col. nu. 6. & Ioan. de Imo. in. l. Julianus. §. i. infrā isto tit. de verbo. obli. 2. col. & dicit ibi vnicū Iaso. pe. col. nu. 17. q̄ tñ notabiliter intellige, præ terq̄ si talis emptor, qui alienauit rem in p̄ticularē successorē titulo oneroso vel lucrativo cesit ei actionem de euictione, q̄ tūc virtute cessionis ille p̄ticularis successor poterit agere cōtra primū vēditorē vel autorē de euictione. tex. est formalis & expressus in dict. l. si res quam. ff. de euictio. & ibi cōmu. do. & illū ad hoc notat Bar. in. l. si pro re. §. i. ff. de euict. & ibi doct. idē Bar. in. l. Julian⁹. §. i. infrā isto tit. de verb. oblig. & ibi cōm. alij doct. ex quo deducit & inferit q̄ vtilissimū erit semper in instrumētis emptionis & vēditio. donatio nis vel alteri⁹ cōtract⁹ onerosi vel lucrativi in ferere q̄ vendor vel donator cedit omne ius vel actionē sibi cōpetentē pro illa re vel occasiōne eius: quia tūc ȳtute cessionis poterit agere de euictione cōtra primū vēditorē vel autore. Itē etiā quero si p̄ticularis successor qui habet causā à me, est cōuent⁹, & ab eo est euicta res possum ego agere de euictio. cōtra vēditorē vel auto. meū? & breuiter dico, q̄ si ego vendidi vel alienauit & reseruaui mihi aliqđ ius in ea, vt si cōcessi eā in dotē vel feudū, vel in emphitheusim, tūc statim q̄ euincitur ab eo q̄ habet causā à me, possū agere de euictione cōtra vēditorē vel autorē meū si p̄cessit denūtiatione necessaria, quia euicta re statim perimit ius qđ mihi reseruaui: si verò simpli citer vēdidi, donavi vel tradidi, nullū ius mihi reseruando, tunc licet euincatur à p̄ticulari successorē q̄ habet causam à me, & præcedat denūtiatione, nō possū agere de euictio. contra vēditorē meū donec ille p̄ticularis successor egerit cōtra me de euictio. & ego sim cōdēnat⁹ & sibi soluerim. ita p̄bat tex. in. l. si pro re. §. i. ff. de euictio. tex. in. l. si seru⁹. §. i. eo. tit.  
 47 Aduertēdū tñ q̄ est dubiū notab. in materia nīa sic cōtra emptorē vel aliū possessorē ex cau sa onerosa mota fuit lis ab aliquo tertio & tā dē emptor vel possessor obtinuit, an vēditor vel autore teneat soluere omnes sumpt⁹ vel ex pēnas quas emptor vel possessor fecit in lite, & videat q̄ nō. Primō, q̄a ita demū emptor potest agere de euictio. qñ res verē & realiter est euicta per sententiā diffinitiū, & ab eo abdicata vt suprā cōclusū est & tūc fateor q̄ teneret vendi-

vendor ad omnes sumptus & expensas factas in illa lite, cum teneatur ad totale interesse in quo includuntur expensæ. Sed eo casu quo emptor obtinuit & res non est ab eo euicta, non superest actio immediate quatenus expensas consequi potest. Secundo, quia expensa debetur officio iudicis mercenarii deferuenti actioni, pposita: vnde finita causa principalia iam non potest esse quaestio de expensis. vt in l. 4. C. depositi. in l. Paulus la 2. ff. de re iu. in l. i. & 2. C. de fruct. & lici. exp. in l. properadus. §. fin autem alterutra. C. de iudi. & tractat plene. Bart. & docto. in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infect. Tertio, quia aut emptor vel possessor conuentus recuperauit expensas ab actore iniustè litigante & non potest eas petere à venditore, cum iam habeat quod perit, & nihil sibi interest, aut nō recuperauit ab actore, quia nō fuit cōdemnatus in expensis, & tunc iudex omisit condemnationem expensarum ea imperitia vel culpa sua, illa non debet imputari venditori, vt in l. si per imprudentiam. ff. de euict. Si verò omisit condemnationem expensarū: quia actor habuit iustum causam litigandi illa semper excusat à condemnatione expensarum, vt in l. cum quem temerè. ff. de iudi. & ibi commun. doct. & tunc non videtur teneri vendor: quia non videntur factæ nec causatæ expensæ facto & culpa venditoris, sed ex noua causa superueniens in persona tertij. Quartò, quia cum actor qui mouit item subcuerit, præsumitur egisse defacto & non de iure: quia semper præsumitur pro sententia, vt in l. Herennius. §. Gaja. ff. de euictio. si egit de facto, ergo non tenetur vendor, vt in l. stipu. ista hære. licere. §. si quis fortè. infra isto titulo, & ibi glo. & communiter opinio. Ergo nullo casu potest teneri vendor & ista conclusionem licet certè non sic fundatam tenet glo. ordi. in l. 4. C. de testa. manu. in glos. fin. in fine quam ibi sequitur & reputat sing. solus Bal. alia glo. no. & magistra. in l. i. C. de euict. & ibi Pe. de bel. per. Iaco. Bu. & alij docto. antiqui. alia glo. in l. si status. C. de euict. & ibi Bal. & Cuma. in l. veditores infra isto tit.

Sed his non obstantibus, ego teneo contraria sententiam, immo q̄ teneatur ad omnes illos sumptus & expensas, quod intelligo & de claro sic. Nam si in contractu venditionis vel alioqui celebratus est inter partes vendor vel autor expressè promisit sumptus & expensas & oīa dāna quæ incurrit emptor ratione litis motæ vel mouēdæ super re, tunc indistin-

ctè poterit agere contra venditorem vel autorem pro illis expensis, cum debeanturi iure actionis: & in expresso ita probat tex. formalis & expressus in l. venditores. infra isto titulo de verb. obli. vbi si veditores promiserūt sumptus litis, & postea vñus eorum egit contra emptorem vel eius heredem ad premium rei venditæ, & obtineat emptor vel heres conuentus non potest agere iure actionis vel obligationis ad sumptus vel expensas litis contra venditorem: quia non fuit mota lis super proprietate rei, sed super precio: ergo si super proprietate fuerit mota benè tenetur vendor ratione promissionis: & ad hoc notat & commendat ibi Bart. Bal. & commu. doct. Si verò vendor vel autor tempore contractus non promisit expressè aliquos sumptus vel expensas tunc est maius dubium. Sed adhuc dico q̄ teneatur vendor vel autor eas soluere, quia in contractu emptionis & venditionis & quolibet alio contractu in quo debetur euictio, tenetur vendor vel autor, postq̄ est facta sibi denunciatio ipsum emptorem vel possessorem in lite defendere, non tamen in se assumere item & causam: sed causatiuè si non vult teneiri ad interesse vt in iuribus suprà allegatis in articulo denunciationis: vnde si non fecit, tenetur virtute actionis & obligationis. Et in effectu istam doctrinam & resolutionē tenet Bart. in dicta l. venditores. infra isto titulo de verbo. obli. & ibi Ange. Pau. Imo. Areti. Alex. Iaso, & commu. alij doct. & ante eos origina liter Guiller. de cu. in l. qui absentē. ff. de procu. & ibi Bar. Ange. Sali. & commu. opinio in l. i. C. de euict. idem Bart. & commu. doct. in l. petitor. ff. de libe. leg. Ange. de Are. in §. actio num. Insti. de actio. 14. col. nu. 26. Abbas, Panorm. in cap. fi. de emp. & vend. fi. col. & fina. q. & ibi Imola antepe. col. 23. & commu. doct. & ista est magis commu. opinio secundū Are ti. Alex. & Iaso in l. venditores. infra isto titulo de verbo. obli. quam primò iimita & intellige vt non procedat, si emptor vel possessor conuentus non denuntiavit venditori vel auctori. Secundò si talis emptor vel possessor fuit in culpa non petendo à iudice, vt actor qui mouit item condemnaretur in expensis. arg. tex. in l. idem q; §. i. ff. de actio. empt. secundū Pau. Are. Alex. & Iaso. in dicta l. venditores.

Nec obstant omnia motiva suprà in contrarium adducta, quia procedunt quādo expensæ debentur accessoriæ per officium iudicis mercenarii: secūs verò si principaliter iure actionis & obligationis vt in nostro casu:

quia

quia tunc indistinctè possunt peti etiam lite finita, & modò iudex omiserit condemnatio nem expensarum ex culpa vel imprudentia sua modò ex iusta causa litigādi. ista est glo. singularis in iure in l. non solum ff. de re iū. in g. fi. & ibi notat & commendat Bal. Albe. & communiter doct. tenet etiam & commen dat Albe. in l. prima. ff. de ali. iud. mutan. cau. similis glo. est in l. tertia. §. si rem. ff. de lega. 3. in verbo fortassis. & ibi cōmuniter docto. alia glo. in auten. de iūdicibus. §. oportet in verbo solo, colla. 6. quam ibi ad hoc notat & commendat Ange. de Peru. & communi. alij docto. & illam glo. adhoc reputat singul. Bal. in l. properandum. §. fin. auten. alterutra. C. de iudi. & ibi Sali. & communiter alij docto res. Imola in l. fi. ff. de re iū. Bal. in l. terminato. C. de fructi. & lici. expen. 3. col. nu. 14. idem Bal. in cap. breui. de iure iurando.

48 Aduertendum tamen q̄ omnia prædicta procedunt quando quis vendidit rem alienā scienter vel ignoranter an & quando venditor teneatur de euictione, sed nunc iusta præ dicta necessariò & oportunè quārō. Si quis vendat seruum vel aliquod animal vitiosum vel morbosum an emptor possit rescindere contractum vel aliquo remedio agere ad diminutionem precij, propter vitium vel morbum ipsius rei: in quo articulo magistraliter & resolutiū dico, q̄ si quis vendat serū vel aliquod animal vitiosum vel morbosum, emptor poterit rescindere contractum, & rem redhibere vēditori infra sex menses actione prē toria quā vocatur redhibitoria, vel stare contractui, & agere ad diminutionem precij propter vitium vel morbum infra annum actione propria quā vocatur quāto minoris. tex. est capitalis & expressus in l. i. & per totum. ff. de ædilitio edicto. tex. in l. sciendum. §. tem pus. eo. tit. cuius verba sunt. Tempus autem redhibitionis sex menses vtiles habet, sin aut mancipium non redhibetur, sed quanto minoris agitur annus vtilis est & ibi glo. ord. & communi. doct. tex. in l. 2. & per totum. C. de ædilit. actio. & ibi Odofre. Cinus. Albe. Bald. Sali. & comm. doct. & idem disponit lex. 64. & 65. tit. 5. quinta par. quod quidem tempus currit à tempore scientia & non antē: ita probant prædicta iura, & in expresso, pbat tex. in l. cum sex. ff. de ædilitio edict. cuius verba sunt. Cum sex menses vtiles quibus operundi potest fuit redhibitoria actioni præstatur; non videtur experiundi potestatem habuisse, qui vitium latens ignorauit: & ibi notat & co-

mendat glo. or. & commu. doct. & idem est si quis vendat pannos, libros, vel similes res mobiles vitiosas. ita glo. or. in dicta. l. prima. ff. de ædilit. edict. & ibi comm. doct. & idem tenet Azo. in summa. C. de ædili. actio. 2. col. Bal. in l. si prædium. eo. tit. 1. col. & ibi Odofre. & alij doct. Specu. in tit. de rescin. vend. 2. col. & ista est commu. opinio, & deniq; resolutiū dicas q̄ ista actio redhibitoria, vel quanto minoris habet illo casu & cōtractu onerofo pro quo ageretur de euictione, si res aliena eset vendita: ita magistraliter tenet Azo. in summa. C. de ædilit. actio. 2. col. nu. 4. Quod tamen intellege quando emptor tempore emptionis ignorabat tale vitium vel morbum, secūs verò si sciret, quia tunc nō ageret prædictis aetiōnibus, & idem est quando vitium vel morbus erat patens tempore venditionis: quia tunc si milititer non agit. tex. est in l. i. §. si intelligatur ff. de ædilit. edict. cuius verba sunt. Si intelligatur vitium morbusue mancipij, vt plerumq; signis quibusdam demōstrari solent vitia potest dici edictum cessare, hoc enim intuendū est ne emptor decipiatur. & ibi glo. ord. & co mu. doct. tex. in l. quāritur. §. fi. eo. titu. cuius verba sunt. Si nominatim morbus exceptus non sit, talis tamen morbus sit qui omnibus potuit apparere, vtputā si cœc⁹ homo veniebat aut quia cicatricem evidentem habebat, vel in alia parte corporis, eius nomine nonte neri Cecili⁹ ait perinde acsi nominatim morbus exceptus fuisset tex. est in l. si tamen. ver sic. si emptor. eo. tit. text. in l. ea quā commendi. ff. de contra. emptio. text. in l. i. §. venditor. ff. de actio. emp. facit etiam bonus tex. cum materia. in l. si fundum. C. de euicti. vbi ille qui scienter emit rem alienam nō agit de euictione, & idem est quando venditor certificauit emptorē de vitio vel morbo: quia tūc non tenetur, neq; emptor potest agere prædictis actionibus. tex. est in l. i. versi. 1. ff. de ædilit. edict. cuius verba sunt. Aiunt ædiles qui mancipia vendunt certiores faciat emptores qui morbi vitijuē cuiq; sit.

49 Aduertendum q̄ nō sufficit q̄ venditor obscurè, confusè vel generaliter exprimat & declarerit vitia vel morbos, sed oportet q̄ particulariter certo & claro modo declaret & exprimat prædicta vitia vel morbos: ex quo infertur q̄ si res vendita haberet aliquod vitiu vel morbum & venditor generaliter dixisset q̄ eam vendebat cum omnibus vitijs & morbis suis vel illud vitium vel morbum inuoluntē & genericē expresſit cū alijs quā non erat

vera, tenetur venditor ac si nullum vitium vel morbum expressisset: ita probat tex. singul. in.l.ca quæ cōmendādi. versi. fi. ff. de contra. emptio. cuius verba sunt. Dolum malum à se abesse præstare venditor debet qui non tantum in eo est qui fallendi causa obscurè loqui tur, sed etiam qui insidiosè, obscurè dissimulat tex. in.l.i. §. si venditor. versi. sed & si pponas. ff. de actio. emptio. tex. in.l. tenetur. §. fi. co. tit. tex. in.l. Julianus. §. idem Julianus. eodem titulo textus notabilis & expressus in.l. quæro. eodem titul. text. in.l.i. versicu. i. ff. de ædilit. edict. ibi omnia cum ea mancipia venuit palam ac recte pronuntiando. Et in expresso istam sententiam & concl. tenet Specu. & ibi Ioa. An. in tit. de emptio. & vendi. §. nunc dicendum. el. 2. versi. sed quid si venditor. idem Specu. in tit. de rescindendis venditionibus. §. i. 3. col. versi. qd si vendens equum. Bal. in.l.i. C. de ædilit. actio. 2. col. nu. 4. Ange. de Pe. in.l. pacisci. ff. de pactis. idem Ang. Alex. & alij docto. in.l. si quis cum aliter. ff. de verb. obli. Ange. de Are. in. §. prætorum. Insti de iure naturali gen. & ciui. Abbas, Pa. in cap. cum continat de iure iu. nu. 24. idem Abb. in ca. iniustū de rerum permu. pro qua sententia & conclu-  
fio. est hodie expressa. l. par. in.l. 66. tit. 5. quin-  
ta. par. Addit tamen qd prædicta debent intel- li-  
gi quando vitium vel morbus erat in re ante  
contractam venditionem: secus verò si po-  
stea superueniat, quia non tenetur venditor,  
nec emptor potest agere prædictis actionib⁹,  
vñ de necessitate ad hoc vt emptor obtineat,  
oportet qd asserat & probet vitium vel mor-  
bus esse in re ante contractam venditionem  
aliás succumberet: ita probat text: in.l.i. §. si  
quid autem. ff. de ædilit. edict. tex. in.l. actio-  
ni redhibitoriq. co. tit. tex. in.l. quæro. §. fi. co.  
titu. tex. in.l.i. 3. C. de ædilit. actio. cuius verba  
sunt. Si apud priorem dominum mancipium  
fugisset, nō doceatur fuga post venditionem  
interueniente ad damnum emptoris pertinet  
& per illa iura ita tenet Bal. in.l.i. pe. col. de æ-  
dilit. actio. Specu. in tit. de rescin. vendi. l. col.  
nu. 2. Roffre. in libe. su. in rub. de actione redhi-  
bitoria. 2. col. versi. item sextum. Dubium tam-  
en est si plures res vno tempore & disposi-  
tione vendantur, & vna earum sit vitiosa vel  
morbosa, alia verò non, an omnes debeat red-  
hiberi vel illa tantum quæ est vitiosa vel mor-  
bosa: in quo articulo resolutiue dico qd si ta-  
les res non sunt, sibi aliqua causa vel ratione  
coniunctæ, sed inuicem distinctæ & separatae  
& quælibet vendita suo distincto pretio, illa

tantum debet redhiberi quæ est vitiosa vel  
morbosa, alia verò non. tex. est not. & expres-  
sus in.l. si plura mancipia. ff. de ædilit. edicto.  
Confirmatur, quia tot sunt contractus quot  
res, vt in.l. scire debemus. infra isto titu. de xy-  
bo. obli. Si verò vno & eodem pretio sint ven-  
ditæ tunc illa tantum redhibetur & pretium  
eius debet existimari iudicis arbitrio: ita pro-  
bat tex. in dict. l. si plura mancipia. ff. de ædil.  
edict. & ibi glo. or. & comm. opinio. tex. in.l.  
ædiles. la. 2. §. fi. co. tit. tex. in.l. pe. co. tit. Sive-  
rò res veditæ sint aliqua causa vel ratione cō-  
iunctæ taliter qdura & damnosa esset earū  
separatio vt matre & filio vel filia vendita, itē  
& in plurib⁹ seruis vnius artificij vel pluribus  
animalibus vnius officij, tunc modō sint ven-  
ditæ vno & eodem pretio modo distincto, nul-  
la potest redhiberi sine alia, sed propter vitio  
sami vel morbosam omnes aliae redhibetur vel  
nulla, quia aliás non esset quis empturus vñ  
sine alia nisi partes consentiant in redhibitio-  
ne vnius rei, quia tuncilla sola potest redhibe-  
ri. tex. est in.l. cum eiusdem cum.l. sequenti. ff.  
de ædilit. edict. & ibi glo. ord. & communiter  
doct. tex. in.l. ædiles. la. 2. §. fi. cum.l. sequenti,  
& sequenti, & ibi communiter docto. co. tit. &  
per illa iura istam sententiam & resolutionem  
ponit Azo in summa. C. de ædilit. actio. 4. col.  
nu. 24. & Bal. in.l. si præmium. C. co. tit. 2. colu.  
versi. sed pone & ibi commu. docto.

50 Item quæres prohibeantur vendi: in  
quo articulo dico qd regulariter quælibet res  
potest vendi nisi lege prohibetur. Prohibetur  
autem vedi res sacra vel religiosa. tex. est in.l.  
si in emptione. §. omnium. ff. de contra. empti.  
cuius verba sunt. Omnia rerum quas quis  
habere vel possidere vel persequi potest vedi-  
tio recte fit: quas verò natura vel gentium ius  
vel mores ciuitatis exuerunt, earum nulla ven-  
dito est, & ibi glo. or. & commun. doct. text.  
in.l. inter stipulante. §. sacram. infra isto tit.  
de verbo. obli. & ibi etiam commu. doct. Secū-  
dò prohibetur res publica, vt forum Basilica  
via publica & similis res, ita etiam probant &  
disponunt prædicta iura & in terminis dispo-  
nit tex. in. §. fi. versi. item publica. Insti. de em-  
ptione & vendi. cuius verba sunt. Item publi-  
ca velutum forum Basilica frustra quas sciens e-  
mit: & ibi Faber. Ange. Nico. Platea. & cōmu.  
doct. Tertiò prohibetur vedi liber homo tex.  
est. in.l. si in emptione. §. liberum. ff. de contra.  
emptio. & idem disponit. l. 15. tit. 5. 5. par. quod  
extende vt procedat & habeat locum etiam si  
talis res postea definit esse sacra vel publica,  
vellibera

vel libera, immo si fiat veditio sub illa cōditione quia etiam hoc casu contractus non valet, vt dicunt & probant praeicta iura. Adde tamē q̄ si signoranter quis emat, & venditor fuerit sciens, potest agere ad totale interesse. text est in.l.4.ff.de contra& emptio.tex.in.§.fi.Inst. de emptio.& ven. Siverò emptor fuerit sciens non agit ad interesse, sed tantum ad precium. arg.tex.in.l.emptorem.§.fin.ff.de actio emp. per quem ita tenet Bar.in.l.cum lex.ff.de fide in.l.cal.3.oppo. & ista opinio mihi placet, licet Ange. ibi teneat contrarium & Fabianus de monte in tract. de empt. & vendi.3.q.4.q. princi. Quartò prohibetur vendi res p̄pria emptoris.tex.est in.l.suæ rei.ff.de contra.em. cuius verba sunt. Suæ rei emptio non valet, si ue sciens siue ignorans emit: sed si ignorans emi quod soluero, repetere potero: quia nulla obligatio fuit: confirmatur, quia idem est in contractu donationis & quolibet alio contra&tu, quia similiter non valet. text.est in.l.scire debemus.glo.fi.infra isto titulo de verb. obli. tex.in.l.nemo rem suam.la.1.&l.nemo r̄suā. la.2.tex.in.l.vbi autem non appetet.§.fi.eod. tit.confirmatur etiam, quia idem est in ultima voluntate, quia res propria non potest alicui legari.tex.est in.l.propsias.C.de legatis.& ibi glo.ord.& commu.doct.tex.in.§.sed & si rem Insti.de lega. quod tamē intellige quando totaliter & pleno iure est ipsius emptoris: secūs verò si in ea sibi deficiat aliqua pars velius ut usus fructus, seruitus vel possesio, quia tunc bene valet.tex.est in.l.si in emptione.§.rei suę ff.de contra.emptio.& ibi glo.or.& commun. doct.tex.est in.l.cum res.C.eo.tit.& ibi communiter doct.& idem disponit lex.18.titu.5.5. par.& quæ aliae res non possunt vendi, videla tē per Fabianum de monte in tractatu emptio nis & vend.ad quem te remitto.

Item ultimò & finaliter quero, an & quādo compellatur quis vēdere suam propriam rem in quo articulo ista est regula & conclusio generica q̄ nemo inuitus compellitur. tex.est in.l.nec emere.C.de iure delibe. & ibi glo.ord.& commu.doct.tex.in.l.fi.eo.tit.tex.in.l.inuitus C.eo.tit.tex.in.l.inuitus.C.locati.tex.in.l. nec ab initio. C.de nuptijs.tex.in.l. non enim ff. rerum amotarum.text.in.l.possessores.C.de fundis patrimo.lib.ii. & vtrobique com.doct.

Quod tamen fallit in aliquibus casibus specialibus. Primus est quando vertitur fauor publicæ utilitatis vel religionis, nā si deficiat via publica vel iter ad aliquem locum publicum vel religiosum, cogitur dominus vicinus illud

præstare & congruo & iusto precio vendere. tex.est in.l.si locus.vrsi.fi.ff.quemad.serui a mi.& ibi notat & commendat glo.ordin.Odo fre.Bar.Pau.de cast. Floria.& commu.doct. tex.in.l.si quis sepulchrū.ff.de religio.& sum pt.fune.& ibi etiam commu.doct.Ex quo notabiliter primò infero q̄ pro ecclesia, monasterio, hospitali vel alio pio loco ampliando vel de nouo erigendo vel ædificando, cogitur vicinus vendere propriam domum vel fundum iusto precio sibi soluto: & Angelus ita tenet in.l.prima.ff.solu.matr.fi.colum.& ibi Bald. 5.colu.Iaso in.l.2.eo.tit.2.col. nu.4. Cepola in tractatu de seruitu.lib.1.cap.fi.Sucinus in tractatu fallentiarum in regula.435.9.fallentia.

Secundò infero q̄ si quis velit ecclesiam vel piuum locum erigere vel ædificare in loco communis cogitur socius partem suam vendere iusto precio: & in terminis ita tenet Bal.in.l.vna C.de communi seruo manu.in fine. argu.illī<sup>9</sup> tex.vbi habetur q̄ si duo vel plures habēt seruum communem potest unus eorum manumittere seruum & cogitur socius partem suam vēdere fauore libertatis. ergo idem dicēdum est fauore religionis: tenet etiam & commendat Iaso in dict.l.nec emere.C.de iure delib.& facit apertè tex.in dict.l.si quis sepulchrum. Secundus casus est ratione publicæ utilitatis: nam tē pore carestia princeps vel dominus temporalis vel ciuitas vel iudex ordinarius potest compellere subditos vendere frumentum vel alia victualia pro certo & iusto precio: ita probat tex.in.l.1. cura carnis.ff.de officio præfecti virbis.cuius verba sunt. Cura carnis ut iusto prelio præbeatur ad curam præfeturæ pertinet, & ibi notat & commendat Bar.Albe.Bald.& commu.doct.Odral.Bar.Albe.& commu.do in.l.fi.ff.ad legem iu.de anno.probat etiā tex.in.l.si pendētes.§.si quid cloacali.ff.devfu fru. & ibi notat Bal.Ange.& alij doct.tenet etiam Cinus Bal.Sali.& commu.doct.in.l.i. C.de episc.audien.ex quo notabiliter subdeducitur & infertur q̄ eadem ratione poterit iudex facere & compellerene quis vltra necessitatem & indigentiam emat ne alijs res carius vendantur vel totaliter careant prædictis rebus: & in terminis ita tenet Salicet.in dict.l.i. C.de episco.audien.fi.colu. & ita practicatur in nostro regno. Tertius casus est, quando dominus seueriter & cum duritia tractat seruum suum. quia ex hoc potest compelli cum vendere. textus est in.§.finali. Insti.de his qui sunt sui, vel alie.iu.cuius pulchra verba sunt. Si intolle rabilis videatur fœnitia dominorum, cogatur seruos

## Tomi.II. Cap.II.

seruos suos bonis cōditionibus vendere pre-  
cium dominis detur:expedit enim reipi blicē  
ne re sua quis malēvtatur:& ibi notat & com-  
mēdat Faber,Ang. Nico. Platea.& com. doct.

Ex quo infertur, q̄ si dominus temporalis,  
vel iudex s̄æueriter & cum nimia asperitate  
tractat subditos suos,potest priuari eorum iu-  
risdictione,& potest compelli eam vendere,&  
si forte essent bona maioratus, vel prohibita  
alienari,saltem priuaretur per tēpus vitæ suæ  
& cogeretur pro illo tempore ius suum ven-  
dere:& in terminis ita tenet Guiller.Cinus,Al-  
be.Bal.& comm. doct.in.l.2. ff.de his qui sunt  
sui vel alie.iu.facit etiā tex.in.l.vnica.C. si qua-  
cunq; prædictus potestate. quē in suo casu sum-  
mē notant & commendant doct. ibi facit etiā  
tex.singu.in.ca.literas.in fine de restit. spolia.  
vbi disponitur q̄ propter maximam s̄æuitiā  
viri fit separatio inter coniuges,quò ad thorū  
& habitationem, si per cautionem vel satisda-  
tionem, non potest plenē vxori esse cautum,  
quem ad hoc summē notant & commendant  
ibi doct.& reputat singularem & vnicum Ab-  
bas.in cap.1.de diuortijs: de quo vide ibi per  
eos & per Pala.ru.in sua repetit.fo.4.3.col.

Quartuscasus est, quādo quis habet aream  
vel fundum in aliquo loco, & vicinus vul'alti?

tollere,eleuare vel ædificare aream,fundū vel  
domum suam quam habet iuxta illum;taliter  
q̄ impeditur,aer vel vētus q̄ non possint col-  
ligi fructus:nam tunc potest dominus & pos-  
sessor talis areae vel fundi prohibere vicinum;  
ne altius tollat,ædificet,vel opus faciat per qđ  
impeditur aér vel vētus iusto precio,imō ad  
huc gratis & absq; pretio aliquo.tex.est sing.  
& vnicus in.l.fi. g.h.versicu.C.de seruitu.& a-  
qua.cuius verba sunt. Sancimus itaq; nemini  
licere sic ædificare vel alio modo versari vt i-  
doneum ventum & sufficientem ad præfactū  
opus infringat & inutilitem aream domino &  
fructuum inutilitatem faciat: & ad hoc notat  
& commēdat ibi glo.or.Odofre. Cinus, Iaco.  
Bu.Bar.Albe.Bal.Pau.Salic.& commu. doct.  
& reputat singu.& vnicum Bart.ibi & ad hoc  
notat etiam glo.or.in.l.2.ff.de serui.rusti.pr.  
& ibi commu.doct.glo.etiam ordi.in.l.impe-  
ratores.eo.tit.& ibi doct.& illum etiam textū  
reputat singularem Cepola in tractatu serui-  
tu.cap.27.& reputat mirabilem in cap.39.& vi  
tra eos reputat singularem & vnicum Ioa.de  
Imol.in.l.si prius.ff.noui ope.enun.fi.col.nu.  
4.& Iaso in.l.ex hoc iure.ff.de iustitia & iure.  
3.colum.num.14.

Summa

## Summarium.



1. Vnde sit virtus & effectus huius contractus locationis?
- Si res sit evicta vel perempta ad quid teneatur locator.
3. Si domus non possit habitari aliquo impedimento, an teneatur locator dare aliam domum conductori, & conductor teneatur ad pensionem.
4. Sires detur utenda & fruenda precio non determinato, an sit contractus locationis?
5. An finita locatione possit locator expellere conductorem?
6. An locator possit ex aliqua causa durante locatione conductorem expellere?
7. Contractus locationis an transeat ad haeredes?
8. Si maritus vel alius legitimus administrator locat res, an finitur locatio mortuo marito, vel administratore, vel finita administratione?
9. An contractus locationis transeat ad emptorem vel particularem successorem.
10. An fiscus succedens in bonis confiscatis teneatur stare contractui locationis gesto per condemnatum.
11. An conductor possit rem sibi locatam alteri locare.
12. An conductor secundus teneatur actione personali pro pensione.
13. Quo tempore debeat solui pensio domus locata?
14. Si duo vel plures habent domum vel fundum communem & unus vult locare aliud non, cuius contractus valeat & teneat.
15. An finito contractu inducatur inter partes tacita reconductio?
16. Per quod tempus debet quis remanere in domo, ut videatur tacite reconducere.
17. An tacita reconductio videatur facta cum eisdem pignoribus & hypothecis, que erant in primo contractu principali.
18. An & quomodo propter sterilitatem & causum fortuitum fiat remissio pensionis, & quomodo fiat augmentum propter maximam fertilitatem.
19. An conductor possit renunciare casibus fortuitis, ut licet per eos causetur sterilitas, non excusatetur a solutione pensionis.
20. Conductor an possit repetere expensas quas fecit in re.
21. Si conductor, finita locatione non restituat rem locatori, vel illam restituat deterioratam, an teneatur ad estimationem vel interesse?
22. Si conductor probet rem esse mortuam, an presumatur mors ex casu, an ex culpa sua?

D De loca-

Tomi.II. Cap.III.  
De locatione & conductione.  
Caput. III.



Ontractus secū  
dus qui consensu contra  
bitur est locatio & con  
ductio, quādo quis rem  
suam alteri tradit vten  
dam & fruendam certo  
precio & mercede con  
stituta: nam talis contractus perficitur & cele  
bratur solo cōsensu partiū, & sit inter easdem  
personas & res inter quas sit emptio & vendi  
tio. tex.est in.l.i.& per totum. ff.locati &  
conducti. tex.in.l.i.& per totū. C.de locato. & cō  
duct. tex.in.§.i.& per totū. Insti. de locatione  
& conducti. text.in.ca.i. & per totū de locato.  
& conduct. tex.in.l.i. & per totū. tit.3,5.par.

<sup>1</sup> Pro cuius perfecta declaratione, imprimis  
quero quæ sit virtus, nā & effectus huius con  
tractus & resolutiū dico, q̄ dominus qui lo  
cauit, tenetur ad tradendū & ad patiētā v sus  
& fruitionis præstandā per tempus conuentū  
& conductor tenetur ad solutionē precij suo  
debito tempore, & talis dñs si haber facultatē  
rei tradendæ, tenetur præcisē ad factum tradi  
tionis, sicut reperim⁹ in contractu emptionis  
& venditionis. arg. predict. iurium. iunctaglo.  
or. & cōmu. op̄i. in.l.i. ff. de actio. emp. glo. etiā  
in. §. premium. Insti. de emptio. & vend. Si verò  
non habet facultatē tradendi, quia res est per  
empta casu fortuito, absq; sui culpa dissoluit  
ur contractus ab vtraq; parte, nec dñs tene  
tur ad rem nec conductor ad premium. tex.est  
in.l.item quæritur. §. exercitu. ff. locati. text.in  
l.habitores. §. fi. eo. tit. tex.in.l.sifundus. §. fi.  
yfi. fi. eo. tit. neq; obstat tex.singu. cum mate  
ria. in.l.fi. C.de peri. & cōmo. rei ven. vbi habe  
tur q̄ perempta re vendita, vendor tenetur  
ad premium & cōtractus dissoluitur ex parte  
vendoris tantū, non verò ex parte empto  
ris, quia respondeo, q̄ ille contractus est insta  
taneus & momentaneus qui perficitur in ip  
so instanti quo de re & pretio conuentum est  
nec habet aliquem tractum successiuum. tex.  
est notabilis in.l. qui pendentem. y sic. cæterū.  
ff. de actio. emp. & ibi notat Paul. & alij doct.  
glo. or. in.l. Pomponius. §. i. ff. de procura. glo.  
in auten. sacramenta puberum. C.si aduer. vē  
di. & ibi doct. glo. etiam in.l. ab emptio . ff. de  
pactis. & ibi cōmu. doct. tenet etiam notabili  
ter Bart. in.l. si quis domum. ff. locati. vnde re  
perempta vendor liberatur tanquam debi-

tor speciei: contractus verò locationis est res  
pectivus & habet tractum successiuum vt pre  
cium præstetur pro vſu & fruitione rei, vnde  
ea perēpta, necessariò cessat obligatio ex par  
te conductoris, & per consequens solutio pē  
sionis: in cui⁹ confirmatione facit bene tex. in  
l.i. in fine. C.de iure emphy. Si aut respereat,  
vel sit ab alio euicta dolo vel culpa ipsius loca  
toris, tenetur ad totale interesse.

Si verò res fit ab alio euicta sine dolo nec cul  
pa sua tenetur ad interesse, vel satisfaciet tradē  
do ipsi conductori aliam rem æquē idoneam.  
tex.est singu. qui ista omnia mēbra cōprehen  
dit in.l.si quis domum. ff. locati. & ibi glo. or.  
Bar. Bal. Pau. Sali. Fulgo. & commu. doct. Ad  
uertendū tamen q̄ illud quod dixi, q̄ quādo  
res locata est euicta sine dolo & culpa locato  
ris satisfaciet, tradendo aliā similem vel æquē  
idoneam, procedit & habet locum specialiter  
in hoc cōtractu locationis: secūs tamen est in  
cōtractu venditionis: quia si quis vendat rem  
alienam quæ euicta sit ab aliquo tertio & ven  
ditor offerat emptori aliam rem similem & æ  
quē bonā, non cogitur recipere, nec liberatur  
vendor ab obligatione euictionis, sed omnī  
no tenetur ad interesse. Primo, quia lege con  
trarium nō cauetur. Secundo, quia regula ge  
neralis est, q̄ aliud, p̄ alio inuitō creditore nō  
potest solui nisi in reb⁹ quæ recipiūt functio  
nem in genere suo, vt in.l.2. & in.l.cū quid. ff. si  
cer. peta. & in expresso ita tenet glo. or. in dic.  
l.si quis domū. ff. locati. in.g. fi. in fine, in quā  
tū dicit & in hoc differt à vēditore quā ad hoc  
notat ibi Bar. & cōmu. doct. & illā glo. ad hoc  
reputat singu. & vnicā Lud. Roma. in.l. stipu.  
non diuidūtur. infra isto titu. de ybo. obli. zo.  
col. nu. 83. & idem est eadē ratione in eo qui te  
netur ex contractu permutationis cōmodati,  
depositi vel simili ad rem tradēdā vel restituē  
dam: quia non satisfacit offerendo rem etiam  
æquē simile & idoneā. Et si queras quæ pōt  
esse ratio diuersitatis & specialitatis, dico q̄ ve  
ra & mentalis ratio est, quia in contractu ven  
ditionis & similibus agitur de perpetua aliena  
tione rei & totali iure eius transferendo qđ  
non acquiritur nec consequitur quis per solu  
tionem precij. arg. predict. iuriū & in cōtractu  
verò locationis agitur tantū de vtenda & fruē  
da re ad tempus, ex quo contractu nullū tran  
sit dominū nec possēsio nec ius in re, vt in.l.  
non solet. ff. locati. & in.l. rei cōmodata. ff. cō  
modati

modati,& in l.malè agitur. C.de præf.30.vel.  
40.anno.cum similibus:& sic agitur de modi  
co præjudicio,vnde facilius de æquitate per le  
gem concessum est aliam rem æquè idoneam  
posse prestari : & ista rationem aperte voluit.  
~~tex.in dicta.l.~~ si quis domū in fine.ff.locati.in  
quantū dicit & locator paratus sit alia habita  
tionem nō min' cōmodā præstare æquisimū  
esse ait absolui locatorem:& ista rationem ex  
pressē ponit ibi Fulgo.licet Bart.relinquat co  
gitandū:& idem est in fideiussore vel pignore  
quia si quis promisit dare certū fideiussorem  
vel pignus satisfacit dando aliū æquè idoneū.  
tex.est.no.in.l qui aut. §.i.ff.de const. pecu.&  
ibi notat glo.or.Odofre.Bar.Albe.Bal.Pau.&  
cōmu.doct.& per illū tex.ita tenet Pau.de ca.  
in.d.l.si quis domū.ff.locati.tenet etiā Bar.&  
cōmu.doct.in.l.cū debitore.ff.de pign.actio.

3 Addē tñ q̄ si res locata nō sit tradita condu  
ctori vel dato q̄ sit tradita,non possit ea vt si  
ne dolo & culpa locatoris, sed ex aliqua causa  
& impedimento cōtingente facta tertij vel na  
tura,nō tenetur dñs ad interesse nec cōductor  
teneat ad pensionem pro illo tpe. tex.est in.l.si  
fund' quē ff.locati.text.in.l.si vno. §.item cū  
quidā.eo.ti.tex.in.item querit. §.exercitu.eo.  
tit.tex.in.l.habitores. §.fi.eod.tit.tex.in.l.si  
merces. v̄ si.si vicino.eo.tit.&vtrobiq; cōmu.  
doct.& idē disponit.l.21.titu.8.5.par. Ex quo  
primō infero q̄ si conductor recedat à domo  
propter pestem vel aërem corruptū, nō tenen  
tur soluere pensionem: & in terminis ita tenet  
Abb.in.ca.si propter sterilitatem de locato.&  
conducit.2.col.nu.8.Iaso in addic. ad Christo  
pho.in. §.fi.Inſti.eo.ti.Fulgo.in.l.cū in plures  
ff.locati. Secundō infero, q̄ si conductor rece  
dat à domo ppter metum malorū spirituū nō  
tenetur soluere pensionem: ita solus Iaso in di  
cto. §.fi.in fine. Tertiō infero, q̄ si recedat à do  
mo, quia minatur ruinā, non teneat. Quartō in  
fero q̄ si famulus aliquo tpe sit infirmus, non  
potest petere mercedē vel salarium p̄ illo te  
pore: ita Bar.in dicta.l.si vno. §.item cū quida.  
ff.locati.pe.cal.Oldral.Bart.Albe.& alij doct.  
antiqui.in.l.cū hæres. §.sticus. ff.de statu libe.

Item quæro, an in hoc cōtraētū locationis &  
conduct. requiratur q̄ pensio vel merces cōsi  
stat in pecunia numerata & breuiter dico q̄  
sic: secū tamē est si consistat in alio genere, vt  
certa parte frumenti, olei, vini, vel simili, quia  
tunc nō erit p̄priè contractus locationis & cō  
ductionis, sed innominatus & agetur præscri  
ptis verbis.tex.est in.l.i. §.si quis seruum. ff.de  
positi: verū tamen est q̄ assimilat contractui

locationis & cōductionis, vt omnia quæ sunt  
disposita in alio: ita probat ibi tex. & notat &  
cōmendat Pau.& cōmu.doct.tenet etiā & de  
clarat Bar.in.l.merces. §.vis maior.2. & fi.col.  
ff.locati.& ibi alij doct.glo.or. & cōmu.doct.  
in.l.licet.C.eo.tit.probat etiam tex.in.l.si olei  
C.eo.tit.& ibi tenet glo.or. & cōm.doct.tenet  
etiā Abb.in.ca,ppter sterilitatē.eo.tit.fi.colu.  
& ibi cōm.doct.quod intellige, qñ debet præ  
stari certa pars frumenti, olei vel vini ad nume  
rū & mēsurā: secū si in quota: quia tūc nō erit  
contract⁹ locationis sed sotietatis scđm eos.

4 Item quæro, si res vtenda & fruēda tradatur  
recio no determinato led simpliciter vel hoc  
acto, vt iustū preciū soluatur an erit contract⁹  
locationis & cōductionis, vel quis contractus  
erit & qualiter tradens ager ad precium: in q̄  
artic.breuiter dico , q̄ si illa res solebat locari  
sibi vel alteri pro certo pretio determinato, il  
lud censemur inter partes conuentum. text.est  
singularis & vnicus in.l excepto.C.de locato.  
& conducto. & ibi notat & commendat glo.  
or.Odofre.Pet.Cin².Iaco.Bu.Bar.Albe.Paul.  
Sali.& commu.doct.& reputat singularem &  
vnicum Bal.ibi.2.lectura, qui ex hoc infert q̄  
quando quis simpliciter est assūptus & ele  
ctus ad aliquod officium precio aliquo non  
taxato nec determinato, videtur inter partes  
precium consuetum appositum. Si verò illa  
res non erat solita locari nec de precio consue  
to appareat, non erit contractus locationis &  
conductionis, sed domin⁹ ager ad iustū preciū  
& pensionem actione præscriptis verbis vel a  
ctione in factū ex æquitate.arg.tex.in.l.quo  
tiensff.de præscri.v̄ bis, per quem ita tenet ori  
ginaliter Azo in summa Inſti. de loca:&cōd.  
quod dictum reputat vnicū & singulare Bal.  
in.l.contractus.C.de fideinstru.3.colu.v̄ sicut  
modò quæro.

Item quæro, an finita locatione possit domi  
nus conductorem expellere & liberè rem alte  
ri locare vel ipse conductor habeat ius rete  
nitionis, vt possit rem pro eodem precio habere  
& retinere, & breuiter & resolutiū dico, q̄ in  
distinctē domin⁹ poterit cū expellere median  
te actione, p̄pria locati vel mediante remedio  
possessori vt possidetis, vel data resistentia  
incontinenti propria autoritate expellere &  
liberè rem alteri locare nec de iure potest con  
ductor pro eodem vel maiori pretio rem deti  
nere & sibi habere.tex.est formalis & expre  
sus in.l.ne cui liceat.C.de locato.& conducto.  
& ibi notat & cōmēdat glo.or. & cōmu.doct.  
& idē disponit.l.18.tit.8.5.par. nec obstat tex.

## Tomi II. Cap. III.

in l. congruit. & in l. fi. C. de loca. prædio. cuius lib. n. vbi habetur q̄ conductor prædiorū fiscalium potest alteri præferri in eis pro eodem pretio, quia est speciale in illis conductoribus quia aliquando in iuuti detinentur in conductione secundum omnes doctores ibi & secundum eosdem in dict. l. ne cui. C. de loca. & con du. Secundò adde q̄ etiam est speciale in scho laribus, quia etiam præferuntur in re conducta pro eodem precio: ita probat tex. in cap. l. de locato. & condicō. & ibi glo. or. & cōmu. doct. & idem disponit. l. 5. tit. h. 2. part. Tertiò similiter adde q̄ idem etiam esset quādo in ali quo loco sit talis consuetudo prælationis secundum eos.

Item quarto, an locator possit ex aliqua causa, durante locatione conductorem expellere. & resolutiū dico q̄ sic, ex quatuor causis à iure expressis. Prima est, quando conductor non soluit premium locatori. Secunda quādo locator proprijs vīsib⁹ rem habeat sibi necessariam. Tertia, quando reficere domum maluerit. Quarta, quando conductor in re cōducta male versatus sit. tex. est capitalis & expressus in l. esdem. C. de locato. & conducto. cuius verba sunt. Esdem quam te conductam habere dicis, si pensionem in solidum dñō soluisti, in iuuitum te expelli non oportet nisi proprijs vīsib⁹ dñs eam necessitatem esse probauerit, aut corrigere domum maluerit aut tu male in relocata versatus es. & ibi notat & commendat glo. or. Bar. Odoſte. Pe. de be. per. Cin⁹. Iaco. Bu. Faber. Albe. Bal. Ange. Sali. & commu. alij doct. & idem disponit. l. 6. tit. 8. 5. par. quæ est valde notabilis & ibi doct. Quod intellige isto modo, nam si conductor cōduxit rem p̄ aliquibus annis, putā. 4. 5. & vltioribus, & non soluat per duos annos, potest expelli: me lius dic aut locatio est facta ad longum temp⁹ aut pro modico: primo casu, si sit constituta vna pensio, erat soluenda singulis annis & debet cessare per biennium, vt iuribus hic allegatis. Secundo casu, quādo locatio fuit facta modo tempore, potest expelli, si non soluat tempore debito: & ita tex. in l. eodē locati. & ista senten. & distincō. ponunt doct. in dict. ll. & melius quam alibi Abb. in dict. ca. propter sterilitatem. 2. col. nu. 10. ita determinat prædicta l. par. sed adde, q̄ l. 5. eiusdē ti. expressè disponit, q̄ si non soluit per vñū annum posse expelli: vnde illam intelligo quando res esset conducta per duos vel tres annos: & ista est cōcordia vera & necessaria ad illas. ll. quia si p̄ vno anno esset facta conductio & per annūcessa-

ret iure cōmuni expelleretur: & ista sententia & concl. probatur etiam de iure cōmu ni p̄ tex. cum cōmu. opinione. in l. quare. §. inter locatorem. ff. locati. & in l. cum domini eo. tit. C. propter ex. eo. tit. Itē quando locator proprijs vīsib⁹ rem habeat necessariam, intel ligē quando post cōtra cīun. locationis ex ali quo inopinato casu superuenit necessitas, vt vix orū duxit, vel domus in qua habitabat corruit, vel aliqua dignitas sup̄venit per quā egeat maiori familia, vel alia similis causa sup̄veniat: secūs vero si illamet necessitas erat sibi tpe contractus, quia tunc nō potest expellere arg. tex. no. in l. fi. is à quo. §. fi. cum l. sequēti. ff. vt in posse. lega. tex. in l. si ab arbitrio. y. sic. fi. ff. qui satis. cogā. tex. in l. de ætate. §. ex cau sa. ff. de interro. actio. ibi ea quæ postea emergant, auxilio indigent. & inexpresso ita tenet & declarat glo. or. in d. l. ædē. C. de loca. & con du. & ibi cōmu. doct. pro qua sent. & conc. est tex. formalis & expressus in ca. ppter sterilit. §. verum. de locato. & cond. & ibi glo. or. & cō mu. doct. confirmatur per tex. iuncta doctrina Pauli & aliorū doct. in l. in omnibus. fi. de iudi. vbi habetur q̄ debitor in diē vel sub conditione efficiatur de nouo suspectus potest cogi per creditorem sibi caueri & satisdari cum fideiūfforibus, alias detruditur in carcerem: secūs tamen est si illa causa suspicionis erat tempore contractus celebrati: quia tunc non potest peti talis cautio vel satisfatio. text. est in l. si credidores. ff. de priui. credi. & ibi cōm. doct. tenet etiā Ange. Pan. & alij doct. in l. si ab arbitrio. ff. q̄ satis cogā. Pala. ru. in repe. ca. per vīas. de dona. inter vi. & vxo. fo. 62. rursus firmatur ex sen. Bar. & cōmu. in l. fi. C. de serījs. vbi habet q̄ plieet creditor possit p̄ propria autoritate debitorem fugitiū capere, vt in l. kait. prætor. & si debitor ē. ff. de his quæ in frau. erē. n̄ debet intelligi, qn̄ effect⁹ est fugitiū post cōtractū glū inter partes: secūs n̄ est qn̄ illa qualitas & suspicio erat antea. & adde q̄ id ē est si prædicta necessitas sup̄veniat filio vel ascendentī p̄ locatoris: quia etiā hoc casu p̄t conductio p̄t expellere. ita Bal. in d. l. ædē. 4. col. nu. ii. habet n̄ q̄ prædicta debet intelligi in domo conducta: secūs vero in alio fundo rustico: q̄ etiā ppter necessitatē sup̄venientē n̄ p̄t conductor expelli: q̄ atex. in d. l. ædē. cū mysterio tm̄ loquitur in æde & sic prædio vībano. Item etiā q̄a prædict. l. cōtinet priuilegiū q̄ non debet extēdi. Itē etiā & tertio, quia habitatō est pars alimentorū, vt in l. y. bo. vīct⁹. ff. de y. b. signi. & ita tenet Bal. in d. l. ædē. pe. col. in medio.
 aduersario probetur & ista sit intentio prædi  
 citorum iurium, vel aliter & secundo quod in  
 iuribus supra allegatis conuentus tenebatur  
 ad custodiā ratione officii assumpti & per  
 consequens ex natura contractus tenetur pro  
 bare custodiā & diligentiam interuenisse &  
 nullam culpam præcessisse alias nō liberatur  
 sed tenetur ad restitutionē vel interesse & ista

doctrin. & op̄i. tenet glo. or. reputata singu. in  
 l. cum inalegatur. §. species. ff. de legat. 2. & ibi  
 Bal. Pau. & alii docto. vbi dicunt q̄ pastor vel  
 caprarius non excusat licet probet mortem  
 ouium, caprarum vel animaliu & adducat pel  
 les nisi probet mortem non sua culpa contagi  
 sse & probat. T. 15. tit. 8. 5. par. vel aliter & tertio  
 dicamus q̄ aliqui sunt casus fortuiti qui regu  
 lariter eueniunt culpa & negligentia possesso  
 ris vt furtum, incendium, fuga, & similes casus  
 fortuiti vt in.l. cuu duobus. §. damna. ff. pro  
 focio & in.l. si vendita. ff. de peri. & cōmo. rei  
 ven. & in.l. 3. §. 1. ff. de offi. præfect. vigi. tunc nō  
 sufficiat simpliciter probare casum nisi simul  
 probetur diligentia & exæcta custodia & q̄  
 nulla interuenit culpa & ita intelligētur p̄dicta  
 iura contraria. text. in dict. l. si quis domum. §  
 imperator. ff. locati cum simi. aliqui vero sunt  
 casus fortuiti qui regulariter eueniunt & cō  
 tingunt sine culpa & negligentia possessoris  
 vt mors naturalis vis holtium, impetus aqua  
 rū vel similicasus q̄a tūc bene sufficit simplici  
 ter probare mortē vel casū nisi dominus probet  
 culpā possessoris interuenisse ita procedant &  
 intelligātur iura & rationes primo loco addu  
 cta & in expresso istā doctrinā & resolutionē  
 ponit magistraliter Bar. in.d.l. si quis ex argenta  
 riis. §. prætor ait vers. 1. ff. de edendo & ibi An.  
 Pau. Ful. idē Bar. in.l. si creditor. C. de pigno. a  
 ctio. & ibi Sali. & cō. alii doct. An. de are. Plat.  
 in. §. fi. insti. quibus modis re contra obl. Abb.  
 Panor. imola & cō. canonistē in.c. 2. deposito.  
 intelligētū quod infuso & incendio presu  
 mitur culpa leuissima, non tñ leuis nec lata, vt  
 probat iura superius allegata & in terminis te  
 tenet illa gloss. singularis in. §. fin. insti. qui  
 bus mod. con. obliga. quam ibi notat & cōm  
 endat Angel. & commun. docto. & illam  
 gloss. ad hoc repu. singula. Bald. in.l. in iudicio  
 C. de locato & conductor in fine Salicetus in  
 l. quæ fortuitis. C. de pigno. actio. & secundū  
 hoc, in casibus quibus quis tenetur de leuissi  
 ma culpa, vt in commodato, vel alii bene pro  
 credit p̄dicta regula & doctrina. secus vero  
 in contractu locationis & conductionis & si  
 milibus quibus quis tenetur tantum de leu  
 culpa, quia tunc excusat conductor & po  
 sessor probato furto vel incendio, nisi domi  
 nus probet eius culpā; & in expresso ita tenet  
 & declarat Iaso. in dicta. l. si quis ex argenta  
 riis. §. prætor ait. ff. de edendo. si. colum. idem  
 Iaso. in.l. domus hæreditarias. ff. delegat. pri  
 mo: ex quo inferas quod si gratis esset habi  
 tatio concessa teneretur de leuissima culpa.

## Summarium.

- Q**uid sit donatio. & quibus modis fiat.  
 2 Donatio an possit fieri inter absentes.  
 3 Si donatio fit inter absentes interueniente numero vel epistola an possit per dominum reuocari, antequam reuocatio perueniat in notitiam ipsius numeri.  
 4 An donando simpliciter rem videatur donata tuta an pars.  
 5 Quae sit differentia inter legatum & donatum.  
 6 Quando in donatione requiratur insinuatio.  
 7 An possit insinuationi renuntiari.  
 8 Donatio etiam excessura si fit cum iuramento an sufficiat sine insinuacione.  
 9 An in liberatione vel remissione debiti requiratur insinuatio.  
 10 An requiratur insinuatio in donatione ad pias causas.  
 11 An & quando donatio semel perfecta possit reuocari.  
 12 Si post donationem reuocabilem & in officio sams filii nascantur, & viuo patre decedant reconualeat donatio.  
 13 Donatio reuocatur quando quis habens filios facit extraneo donationem immesam & in officiosam, quae tangit legitimam.  
 14 In gratitudine reuocatur donatio.  
 15 Donatio causa mortis quid sit & quando Valeat  
 16 Donatio causa mortis an equiparetur contractui vel ultime voluntati.  
 17 An ista donatio causa mortis respectu confirmationis & effectus equiparatur ultime voluntatis.  
 18 An donatio pura quae a principio non valeat sed morte confirmatur requirat insinuationem.  
 19 Qualiter reuocetur ista donatio causa mortis  
 20 An reuocata ista donatione revertatur ipso iure dominium in donatorem.

- 21 An facta reuocatione huius donationis possunt repeti fructus.  
 22 Si in ista donatione causa mortis dictum sit quod non possit reuocari an erit donatio causa mortis & possit reuocari, & an erit donationis terminus,  
 23 Quae personae prohibetur donare.  
 24 An maritus possit in favorem uxoris remuovere alicui donationi.  
 25 Pater prohibetur donare.

## Caput quartum.

## De donatione.



Ertius cōtract⁹, q̄ cōsensu cōtrahitur, est hodie contractus donationis: nam licet de iure antiquo requirebatur in eo stipulatio, tamen hodie fit solo pacto nudo. vt infra magistraliter dicetur. Pro cuius perfecta declaratione, dico, quod donatio est, quando quis nulla subsistente causa, sed propter solam liberalitatem donat alteri pecuniā, rem vel aliqua bona sua, nā valet & tenet. tex. est in l.i. & per totum ff. de dona. text. in l.i. & per totum C. eod. tit. text. in §. l. & per totum Instit. eo. titu. tex. in cap. i. & per totum de dona. & idem disponit. l.i. tit. 4.5. part. & talis donationis fit, & celebratur dupliciter; primo modo, traditione rei, secundo modo, p̄missione. traditione, q̄do nulla præcedente p̄missione, vel obligatione, q̄ tradit rē suā alteri causa donationis, quia tunc statim valet, & perficitur donationis, & transit dominium & plenum ius rei in accipientem ex illo titulo & causa donationis, quo casu nulla oriatur actio vel obligatio ipsi donatario pro ipsa re, cū eam habeat, nec pro euictione eius si fuerit euicta: quia non subest causa præexistens, nec fundamentum eius ex quo oriatur. ita probant prædicta iura & ibi commun. docto: p̄missione, quando quis se obligavit alteri ex causa donationis, dare vel tradere aliquā rem, quo casu de iure antiquo requirebatur solemnis stipulatio: & talis contractus celebrabatur verbi s̄t in l.i. & per totum infra isto titul. de verbo. obliga. hodie tamen

men sufficit pactum nudum & sic fit solo con sensu partium tex.est in.l.siquis argentum.C. de dona.tex.in.¶.aliq.versi. perficiuntur insti. cod.titu. Quero tamen an prædicta donatio possit fieri inter absentes & breuiter & resolutione dico quod si donatio incipit à traditione bene valet & tenet si interuenit nütius vel epistola ad coniungendas voluntates tex.est notabilis & exprellus in.l.absenti.ff.de dona. & ibi glo.or.Bart.Albe.Ang.Paul.imola.Cu. & commun.alii docto.tex.in.l.etiam eod.tit. tex.in.l.neq; Ambigi. C.de dona. & ibi glo.or. Odofre.Pe.Cinus Iaco.Bu.Bal.Angel.Sali.& commun.docto.tex.in.l.si aliquid eod.tit. & idem disponit.l.4.tit.4.5.part. cōfirmatur quia regula omnis contractus, qui consensu celebratur potest fieri in absentia, interueniente nuntio, vel epistola ad coniungendas voluntates tex.est formalis & exprellus in.l.i.in fine. ff.de contra.emptio. cuius verba sunt:&ideo consensu per agitur, & inter absentes contrahi potest, & per nuntium, & literas, & ibi glo.or. & commun.docto.textus.in.l.consensu.ff.de actio. & obli.& ibi glo.or.& commun.docto. tex.in.l.quædam mulier.ff.de reiven. & ibi cō mun.docto.tex.in.l.i.ff.mandati & ibi cōmu. nocto.tex.in.l.Lucius.ff.de fideiu.tex. in.l.illud.C.de sacro.eccle.tex.in.¶.i.insti.de oblig. quæ ex consen.nas.&ibiglo.or.&commun. docto.&idem disponit.l.8.tit.5.5.part. Siverò donatio incipit à promissione non potest fieri inter absentes, etiam interueniente nuntio, vel epistola, quia requiritur stipulatio, quæ nō accipitur inter absentes vt in.l.i.ff.de verborū obliga. & in expresso ita probat tex.in dict. l. nec atmbigi.C.de dona. & ibi tenet glo.ord.& commun.docto:hodie tamen bene valeret donatio inter absentes, quando inciperet à promissione interueniente nuntio, vel epistola ad coniungendas voluntates: quia fit & perficitur solo consensu per pactum nudum, vt in dict. l. si quis argentum.¶. si autem C.de dona, facit text.in.l.labeo, ff.de pactis & in expresso per ista iura ita tenet singu.Iaco.Bu.in.l.illud C.de sacro.eccle.in fine cumma.in dic.l.absenti.ff.de dona.Faber Ange. & alii docto.in.¶.in sít.de obli. quæ ex consen.nas.collectarius in ca.pastoralis de dona Imo quod magis est hodie in nostro regno valeret donatio inter absentes, etiam non interueniente nuntio, vel epistola: vnde si quis coram testibus vel tabellione promiserit ex causa donationis rem, vel pecuniam absenti, statim remanet efficaciter obligatus & quādo venerit in nōtitiam absen-

tis poterit ob eo conveniri & condemnari per nostram legem regni generalem.l.3.tit.8.libro 3.ordi. priuino; quia dicit pareciendo quæ quo sequiso obligari a otro quede obligado. ex quibus verbis patet quod sola voluntas & intentione volentis se obligari attenditur, & consideratur, & non alia perfectior forma vel solennitas à iure communi requisita in contractu, & per cōsequens oritur actio & obligatio. ex parte & pollicitatione. Secundo quia prædicta. l. dicit, & disponit, quod valet promissio, vel obligatio inter absentes, ergo nō requiritur nütius vel epistola ad coniungendas voluntates nec simultaneus consensus sed sola promissio & voluntas promissoris. Tertio quia prædicta. l. presupponit & vult quod statim promissor efficaciter sit obligatus, ergo non suspenditur obligatio expectato nuntio, vel epistola; ex quo nouiter & singulari. infero, quod etiam si hodie in nostro regno donatio incipiat à traditione, valebit & erit perfecta, non interueniente nuntio, vel epistola; non quo ad traslationē dominii, sed quo ad obligationem, quia donator remanebit obligatus rem dare vel tradere: quia negari non potest, quod ibi sit animus & voluntas obligandi, quæ sola sufficit per dict. l. ordinamenti, licet alia solemnitas non interueniat & idem erit in omni alio contractu qui celebratur consensu, vt venditione, locatione societate, & similibus, quia licet de iure communi nulla oriatur actio vel obligatio, nisi interueniente nuntio, vt epistola; vt supra dictū est, tamen hodie in nostro regno vendor locator vel similis remanebit efficaciter obligatus, quia ibi datur voluntas & consensus eius. confirmata ex doctrina glo.or.in.l.fi. ff.de donatione, quæ formaliter probat quod si stipulatio vel promissio fiat per verba præsentis temporis, vt si quis dicat do, vel concedo titio stipulati, talem rem meam, quæ non est præfens; licet non transferatur dominium, tamen dicta verba operantur dare & tradere, & resoluuntur in promissionem, & ibi tenent & commandant docto. tenet etiam & commendat But. vbi subtiliter loquitur in.l.5.¶.stipulatio ff.de verbo. obli. secunda col.versi. quædam sunt stipulationes & ibi docto. præcipue Iaso pe.col. num.8.verū tamen est quod ex alio iste contractus in fringeretur. si quia videretur totus substantia eius collatus & missus in liberam & absolutam voluntatem absensis argumento text. cum materia in.l.in vendentis. C.de contra emptio. cum similibus Item quero si donatio est facta inter absentes mediante

foam. spet  
et quam vi  
dix. n° 4. 3  
regg. 18

mediante traditione, interueniente nūtio, epistola, vel quilibet alius contractus, qui consenserit contrahitur; an possit per dominū reuocari etiam, antequā reuocatio perueniat in notitiā ipsius nuntii, vel eius, cui mittitur, in quo subtili & no.arti.breuiter & resolutiue dico, quod si ad actum vel contractum gerendum, est constitutus procurator, non valet nec tenet reuocatio, nisi procurator & etiam tertius, cum quo debet fieri contractus, certioreetur, quia non tenet nec perficitur contractus ex consensu, & voluntate domini mittentis, sed simul, ex voluntate sua, & etiam procuratoris, ita probat text. in.l.si mandassem. ff. man. & ibi no. Bar. & cō. docto. tex. in.l.inter causas eo.tit. vbi habetur quidem etiā est in reuocatione tacita per mortem tex. in.l.si præcedente eo.tit.tex. in.l.si fideiussor la. i. verfi. i. eo.tit.tex. in.l.si pecuniam s̄item si quis. ff. de con. ob causam tex. in.l. ve ro procuratori. §. i. ff. de solu. tex. in.l.si cū cornelius eo.tit.text.in.l. qui hominem. §. si titiū eo.tit.tex. in.l.cum quis. §. i. eo.tit.tex. in.l. §. sed ego. ff. quod iussu. tex. in.l.sed, & si socius. §. i. ff. pro socio tex. in.l.si procuratorem. ff. de procu. tex. in.l.si tamen. ff. ad mace. quod intelligi respectu obligationis producendæ secus vero respectu dominii transferendi, quia: cum pendeat ex mera voluntate concedentis, non potest trāsferri post reuocationem, ita probat tex. not. in.l.eius qui in prouincia versic. quas verò. ff. si cer. pe. tex. in.l.2. §. sed si quis donatus. ff. de dona. tex. in.l. i. ff. de excep. rei. vend. & tradi. Secundo intelligi ut procedat, preterquam si actus pendeat ex mera voluntate gerentis, ut contrahere matrimonium, text. est no. in. cap. fi. 'de procu. lib. 6: si vero ad actum vel contractum gerendum, est constitutus simplex nuntius, valet & tenet reuocatio; quia actus vel contractus non perficitur consensu & voluntate nuntii, sed domini mittentis, qui quidē consensus & voluntas non dicitur interuenire, donec nuntius vel epistola perueniat in notitiam absentis, & illo tempore reperitur facta reuocatio: ergo non valet actus vel contractus ita probat tex. in.l. qui autem. §. si. cum. l. se. ff. de consti. pecu. tex. in.l. multum interest. C. si quis alte. vel sibi. & ibi docto. & in terminis: ita probat tex. in.l. si pater versi. i. ff. de manu. vin. vbi si pater iussit & promisit filio, ut manumitteret seruum, & postea poenituit, & misit ei nuntium, vel epistolam, qua significaret reuocationem voluntatis, & antequā ad eū perueniret, manumisit, non efficitur liber. tex. in.l. poenituit. ff. de diuor. tex. in.l. licet. C. dere

puta. tex. no. & melior de iure in.l.2. §. sed si q̄s donaturus. ff. de dona: vbi habetur, q̄ si quis tradit rem alicui nuntio, & alteri perferret, & ante quam ad eum perueniat, dominus mortuus est ipso iure reuocatur donatio. ex quo inferas quod ista conclusio procedit, nedum, quando est reuocatio expressa, verum etiam si tacita: nec obstat tex. in.d. si pater. i. respō. de manu vin. quia ibi fallit fauore libertatis, & in expresso istam senten. & reso. ponit origina liter laco. de belo. in.l. i. ff. quod iussu & ibi Reine. & Albe. Paul. de cast. in di. l. absenti. ff. de dona. 2. col. nu. 5. &. 6. idem Paul. in.l. eius qui prouincia. ff. si cert. pe. 3. col. num. 13. Albe. no. in di. l. si pater. ff. de manu. vin. 2. col. Paul. & com. docto. in.l. qui absenti. ff. de dona. Cinus in.l. mandatum. C. man. 3. col. 2. quæstio. prin. & ibi Bald. 5. col. 4. q. Angel. de Are. in. §. 1. Insti. de obliga. quæ ex con. naſ. i. col. nu. 2. & ibi Ioan. de pla. innocen. in. c. quidam de renū glo. or. in cle. i. de renun. in verbo teneat & ibi imola. 3. col. num. 12. & alii docto. quod intelligi quando absens non reperiatur in aliquo damno ex suo patrimonio argumento. text. in di. l. si mandassem. ff. man. & in.l. quidam de dolo & est de mente doctorum vbi supra hodie tamen, de iure regio, attenta prædicta. l. ordi. indistincte modo sit constitutus procurator, modo nūtius, modo nullus: sed simpliciter coram testibus donet, vel promittat, efficaciter tenetur, & non potest actus, vel contractus reuocari, & idem est, si donet, primo, eodem modo, & conditione, ut post tempus vel mortem, restituat alteri, quia talis donatio, vel promissio non potest reuocari, etiam respectu illius tertii, ut fundamentaliter dixi & probauit suo loco. Item quæro an donator simpliciter donando rem, videatur totam rem donare, vel tantum, quod habet in ea, in quo articulo breuiter & resolutiue dico, quod si tota res est pleno iure donantis, totam rem videtur donare. Si vero est penitus aliena, distinguendū est: nā aut incepit à traditione, nō videtur donare, nisi tñ vsum, possessionem & detentationē eius, modo fuerit sciēs, modo ignorās, & modo fiat cōsanguineo, modo extraneo, vnde si euincās, non tenetur de euincione, nec ad extimationē, si incepit à promissione, indistincte tenetur d' euincione, modo fuerit sciens, modo ignorans, ita probat tex. in.l. Arist. §. fi. ff. de dona. tex. in.l. ad res donatas. ff. de cōdili. edit. text. in.l. i. C. de iure doti: si vero non est pleno iure sua, nec penitus aliena, sed in ea habet aliquod ius vel partē: tunc modo incipiat à traditione, mo

do à promissione, modo sit sciens, modo igno-  
 rans, nunquam videtur donare, nisi ius vel par-  
 tem quam habet in ea argumen. tex. in. l. si do-  
 mus. §. fi. ff. delegat. i. tex. in. l. serui electione. §.  
 i. eod. tit. tex. in. l. quod in rerum. §. i. eod. titu.  
 textus. in. capitulo. quod autem de iure pa-  
 tro. & in expresso istam senten. & conclu. te-  
 net. Bal. in. rubri. C. de contra. emptio. 2. col. 6.  
 quæst. Romanus. in. l. vsu fructu. ff. solu. matri.  
 pe. col. num. 19. Cœ pola in tracta. de seruitu. in  
 cap. de seruitute itineris. §. col. num. 20. Ex quo  
 colligas & inferas, maximam differentiam in  
 contractu donationis, & legato: quia in legato,  
 modo incipiat à traditione, modo à dispositio-  
 ne, semper debet extimatio: si res sit penitus a le-  
 na, & testator fuerit sciens sed in contractu do-  
 nationis, si incipit à traditione, nihil debe-  
 tur, modo sit sciens, modo ignorans: cuius ratio  
 potest esse fauor ultime voluntatis. 2. differen-  
 tia est; quia in legato, si testator fuit ignorans,  
 modo incipiat à traditione, modo à dispositio-  
 ne, nunquam debetur extimatio: quia videtur se  
 obligare transferre dominium, & rem facere do-  
 natarii, argument. tex. in. l. vbi autem non ap-  
 pareat. §. fi. infra isto tit. de verbo. obligat. cum  
 simi. in dubio autem si simpliciter quis tradat  
 alteri rem vel pecuniam non videtur donare  
 sed deponere vel commodare vel mutuare ista  
 est glo. singularis & vnicam in. l. cum quod. ff. si  
 certum petat. in glo. fi. & ibi notat & commen-  
 dat Bar. 3. col. nu. 11. & 12. pau. fi. col. cuma. Ale.  
 Iaso. & commu. doct. & illam glosam reputat  
 singularem & vnicam loā. de imo. in. l. cotem  
 ferro. §. qui maximos. ff. de publi. & vecl. pro  
 qua facit tex. in. l. cū de indebito. ff. de proba.  
 tex. etiam iuncta. g. or. & com. op. in. l. si dona-  
 tione. C. de colla. quod tamen intellige nisi ex  
 aliquibus coniectaris præsumatur donatio  
 quæquidem præsumptio colligitur ex tribus  
 primo si quætitas simpliciter data sit parua &  
 tradens erat diues & accipiens pauper vel con-  
 iuncta persona argumen. tex. in. cap. & si quæ  
 stiones de simonia quem ibi reputat singula-  
 rem Abbas. & alii doct. ex quo infertur quod  
 si quis interrogatur ab alio an velit ei dare ali-  
 quam rem & respondeat nedum ipsam rem:  
 sed omnia tibi dabo nō valebit in aliquo pro-  
 missio neq; adhuc illa res specialiter promissa  
 videtur donata & in terminis ita tenet solus

6 Læcelotus decius in dic. l. cū quid. ff. si cer. pe.  
 Itē quero an & quando in donatione requi-  
 ratur insinuatio & breuiter & resolutiue di-

co quod olin requirebatur qñ excedebat. ce-  
 solidos text. esl in. l. sancimus. C. de dona. ho-  
 die valet & tenet vsq; ad quingētos solidos tex.  
 esl in. l. p. ver. fi. C. eo. tit. & idē disponit. l. 8. ti.  
 4. 5. par. quæ dicit q̄ valet vsq; ad quingēta di-  
 pondit auri. & bene non constat nec cognosci  
 tur in regno quæ moneta sit illa vnde vidi pra-  
 eticari in cancelaria regia de valladolid. q̄ in  
 sen. dicatur q̄ valeat donatio vsq; ad quingēta  
 dipōdia auri & nō vltra. & erit optimū dicere  
 q̄ declaratio relinquatur principi & si queras  
 quæ pōt est rō huius insinuationis dic q̄ du-  
 plex. i. q̄ cōuenit reipu. nē subditi depauperē-  
 tur & prodigaliter vtantr substancia sua arg.  
 tex. in autē. vii iudices sine quoquo suffragio. §.  
 considerauimus coll. 2. ibi & imperiū & fiscus  
 abundauit vt̄ subiectis locupletibus text. in  
 §. sed & maior insi. de is qui sunt sui vel alie.  
 iu. ibi expedit enī reipublicē nē sua requis ma-  
 le vtatur quaquidē prodigalitas præsumitur  
 in t̄m excessiuā quātitate & istā rationē ponit  
 Bal. in. l. illud. C. de sacro. eccl. 5. col. & 5. q. secū  
 da ratio vt̄ tā excessiuā donatio fiat cū maiori  
 deliberatione & pposito & euidentur fraudes  
 istam rationem probat. text. in. l. data versic.  
 primo C. de dona. Joan. Andr. in addit. ad spe-  
 cu. in tit. de instru. edi. §. porro. 5. co. ver. dona.  
 Abb. in ca. cū cōtingat de iure. 12. col. nu. 17.  
 & ibi alii doct. Ant. de cana. in tra. de insinua-  
 tionibus. 9. q. & adde q̄ forma & solēnitatis insi-  
 nuationis est q̄ donator cōpareat corā iudice  
 & volūtātē suā manifestet dicendo se velle ta-  
 lem donationē faceret titio amico suo & redi-  
 gatur in scriptis corā tabellio. ne & nulla cause  
 cognitio requiritur nec iudicis licentia vel de-  
 cretum nec alia iudicaria solēnitas quia est tac-  
 tus merē voluntatiē iurisdictionis & non  
 contentiosæ ita probat textus. in. l. donatio  
 in. l. data & in. l. in donationibus & in. l. san-  
 cimus. C. de donatio. & in expresso per istau-  
 ra istam theoricā & doctrinā ponit Bar. in. d. l.  
 modesti⁹. ff. de do. i. co. & ibi doc. Ant. de ca.  
 in. d. tra. x. q. confirmat per tex. no. cū mā. in. l.  
 fi. C. qui admi. vbi in agnoscenda bonorū pos-  
 ses. requiriſ simplex. p̄fentia iudicis sine cau-  
 sa cognitione licetia vel decreto & ibi notat &  
 declarat cibis Bal. Itē adde q̄ huic insinuatiōi  
 nō pōt renūtiari. primo q̄a legib⁹ inducētib⁹ a  
 liq̄ solēnitatē p̄ forma in actibus hoīū nō pōt  
 renūtiari vt in. l. nemo pōt. ff. d̄ le. i. secūdo q̄a  
 legi prohibitiuē nō pōt renūtiari vt in rub. C.  
 de fideiu. dot. & ibi gloss. ord. & & commun.  
 doct. tertio quia eadē facilitate fraude & errore  
 quo q̄s induceret ad donandū induceret ad re-  
 nuntia

nuntiandum unde non debet valere. argumē.  
text. in. l. si mulier la. 2. C. ad veleia cum simili-  
bus imo quod magis est etiā si dicatur instru-  
mento quod, si summa & valor donationis ex-  
cedit quātitatem quingētorum solidorum &  
totiens quotiens excedit tot. donationes di-  
stinctas & separatas facit non sufficit arg. tex.  
in dict. l. si mulier la. 2. C. ad vele. tex. in. l. quē-  
admodum. C. de agri. & cen. lib. ii. Imo etiam  
si plures res nominētur in donatione ita q̄ ve-  
re essent plures donationes secūdum disposi-  
tionem tex. in. l. scire debemus. ff. de verb. ob-  
tamen quantum ad insinuationem censetur  
vna donatio, ex eo quod vno & eodem tem-  
pore est facta tex. est no. in. l. sancimus. §. fin au-  
tē el. l. C. de do. & ibi notat & cōmēdat Bar. &  
in expresso ita tenet Bar. in dict. l. modestinus  
ff. de dona. fi. col. pe. & fi. quēst. & ibi commu-  
niter docto. Bald. in dict. l. illud. C. de sacro. ec-  
cle. 5. col. 6. q. specu. in tit. de dona. §. i. ver. quid  
sialiquis & ibi Ioan. An. in adi. idem Ioan. An.  
8 in adi. ad spec. in tit. de instr. edic. §. porro ver.  
donatio Anto. de cana vbi dicit hanc esse com-  
munem op̄i. in dict. trac. 2. part. 25. q. Vnum ta-  
men est quod talis donatio quantumcunq; ex-  
cessiva firmatur iuramento sine insinuatione  
quia non tendit contra bonos mores nec con-  
tra publicā vtilitatem principaliter nec in p̄e  
iudiciū conscientię & salutis æternę argu. tex.  
in cap. cum contingat de iureiu. cum similibus  
ita tenet Ioan. An. in adit. ad specul. in titu. de  
instru. edi. §. porro, versi. fi. Abbas in cap. cum  
contingat. de iure in. 12. col. num. 17. & ibi latē  
Imola. nu. 90. & Tiraquellus in repe. l. si vnquā  
nu. 138. quōd intelligo & declaro modo expre-  
sserēnuntetur insinuationi modos impliciter  
donator iuret donationem, licet contrarium  
teneat Bald. in dicta. l. illud. C. de sacro. eccl. 5  
col. & quēst. Pau. de Cas. in. l. si quis pro eo. ff.  
de fideiu. pe. col. Romia. in dicta. l. modestinus.  
9 4. col. Card. in dict. capi. cum contingat. 2. col.  
Anto. de cana. in dict. tracta. 2. par. 30. quēst.

Item adde q̄ etiam in liberatione vel remis-  
sione debiti ex causa donationis requiritur in-  
sinuatio si excedit summā quingētorū solidi-  
rum arg. prædictorū iurium & probat tex. in.  
l. in q̄dibus. ff. de dona. & ibi glo. or. & cōmu.  
doct. tex. tex. in. l. si mulier. ff. de condi. ob cau-  
sam vbi habetur quōd paria sunt remittere &  
donare & in expresso istam sent. & con. tenet  
glo. or. in. l. si quis obligatione. ff. de regu. iur.  
gl. in. l. i. §. i. qui. imo. pig. vel hipo. fol. Bar. in. l.  
modestinus. ff. de dona. i. col. & quēst. Bald. in  
illud. C. de sacro. eccl. 3. col. 2. quēst. & ibi alii

doct. idem Bal. in. l. paclū. C. de col. 3. col. ni.  
12. Pau. & doct. in. l. contra juris ciuilis regulas  
§. fi. ff. de pactis idem Pau. Ange. & alii docto.  
in. l. tale paclū eo. tit. Alexan. & alii docto. in  
dict. l. si mulier. ff. de con. ob causam Angel. in  
l. paclā que contra. C. de pactis vbi dicit quōd  
ita vidit praticari in ciuitate Perusi Alex. Iaso.  
& commun. moderni in. l. creditori eo. tit. An.  
de cana. in dic. tract. 2. par. 13. questi. Tiraquel.  
in repe. l. si vnquam. C. de reuo. dona. in ver-  
bo. donatione largitus nu. 144. & ita vidi pra-  
ticari in cancelaria regia de valladolid. q̄. pri-  
mo intellige quando debitum quod remittit  
ur est purum & liquidum secus si dubium &  
incertum propter transactionem factam de re  
dubia & incerta secundum docto. vbi supra.  
Secundo intellige quādō remittitur debitum  
ex vna tantum causa secus si ex pluribus quia  
tūc vidētur plures remissions & licet omnes  
similiunctē excedant non requiritur insinua-  
tio ita etiam docto. vbi supra. Sed attēde quōd  
ista limitatio videtur contraria superiori con-  
clu. quam dixi ex tex. in. l. sancimus. §. fin au-  
tem el. i. C. de dona. sed respon. quod illud pro-  
cedit in donatione rerum secus verò in libera-  
tione & remissione debtorū antecedentium  
quia tot censetur donationes distincte & sepa-  
rate q̄ fuerunt debita & quēlibet liberatio cor-  
respondet suo priori debito & in terminis: ita  
tenet, & declarat Bal. in dict. l. illud. C. de sacro  
eccl. pe. col. versi. quid ergo dicemus sed certe  
ista ratio mihi non concludit quia etiam quā  
do quis vno & eodem tempore donat plures  
& diuersas res censetur facere plures donatio-  
nes & tamen requiritur insinuatio: ergo idem  
dicendū est in nostro casu, & in expresso ita  
tenet Ioan. de imo. in dict. l. modestinus. i. col.  
ff. de dona. Anto. de cana. in dict. tract. 2. part.  
13. quēst. Item adde q̄ si quis donauit & promi-  
fit alteri certam annuā quātitatē, quē nō exce-  
dit legitimā sumā quingētorū solidorū non  
requiritur insinuatio q̄n est facta per vitā so-  
lius donatis vel donatarii. Sec⁹ vero si ppetuo  
taliter q̄ trāscatad hæredes eorū vel alter vtr⁹  
quia tūc requiritur insinuatio text. est sing. &  
vnicus in. l. sancimus. §. si quis autē el. fin. C. de  
dona. & ibi Petrus Ci. Bar. Sali. & reputat fin.  
& vnicū Bal. ibi itē adde q̄ donatio ad pias cās  
valebat olim sine insinuatione vsq; ad. D. soli-  
dos in. l. sancimus. §. alias vero. C. de do. sed cū  
hodie oēs valeat vsq; ad illā summā dubitatur  
an in donatiōead pias cās multiplicetur quāti-  
tas & dicendū est q̄ non: quia lege nō cauetur  
ita ibi glo. or. & cōmu. docto. q̄ tamen fallit in

d' natione facta in redemptionem captiuorū  
 Item in donatione principis: item in donatio-  
 nē: remuneratoria: vt in dict. I. sancimus. §. excep-  
 tus. C. de donat. & in. I. aquilius regulus. ff. eo  
 Item etiam prædicta habent locum quādo bo-  
 na donata competunt donatori de præsenti  
 secusverò si defuturo ratione cuius iuris vt p-  
 bant prædicta iura ex quo primo in infero quod  
 si filius vel filia renūtiet successioni patris vel  
 matris cum iuramento non requiritur insinua-  
 tio. Secundo infero qd si quis remittat & renū-  
 tiet hæreditatem vel legatum quod sperat vir-  
 tute substitutionis nō requiritur insinuatio:  
 Tertio infero qd si pater remittat vsum fructū  
 quem habet in bonis aduentitiis filii nō requi-  
 ritur insinuatio: quarto infero qd si vxor remit  
 tate hodie in nostro regno medietatem lucro-  
 rum adquisitorum constante matrimonio nō  
 requiritur insinuatio. Item quādo an & quā  
 do donatio semel pfecta possit reuocari in quo  
 articulo magistraliter & resolutiue dico quod  
 regulariter non pōt reuocari nec in ea aliquis  
 modus grauamen vel conditio poni. text. est  
 in. l. perfecta donatio. C. de dona. quæ sub mo-  
 do & ibi glo. or. & commun. docto. tex. in. l. 2.  
 C. de reuo. dona. præterquam in tribus casi-  
 bus primus est si quis filios non habens dona-  
 uit alteri omnia bona sua vel maiorem partē  
 eorum & postea nascantur sibi filii nam sta-  
 tim ipso iure reuocatur donatio. tex. est singu-  
 laris & vnicus in. l. si vnam. C. de reuoca. do-  
 na. & ibi notat & commendat glos. or. Oldra.  
 Odofre. pe. Cinus Butri. Albe. Faber. Bar. Bal.  
 Ange. Sali. & commun. doct. & illum tex. repu-  
 tat singu. & vnicum Ioan. de Imo. in. l. filio pre-  
 terito. ff. de iniusto. rupto. x. col. in medio ver.  
 & sic patet. Tiraquellus in re. illius legis. i. col.  
 & alii doctores in locis & consiliis ibi per eum  
 allegatis & idem disponit. l. 8. tit. 4. 5. par. cuius  
 vera & fundamentalis ratio est quia ex tacita  
 & præsumpta mente donantis præsumitur ha-  
 bere tacitam conditionem si liberi non nascā-  
 tur quia est verisimile qd sive eis cogitaret talē  
 donationem non fecisset cum nem o videatur  
 extraneos sine posteritate & successioni præfe-  
 rre. argumen. tex. in. l. cum auis. ff. de cond. &  
 demolt. tex. cum acutissimi. C. de fideico. tex.  
 in. l. generaliter. §. cum autem. C. de inst. & sub-  
 sti. item etiam quia si lex statutum vel disposi-  
 tio aliquid omisit de quo si esset disponens in  
 terrogatus verisimiliter disposuisse habet p-  
 expresso & disposito vt in. l. tale pactum. §. fi.  
 ff. de pactis & ibi gl. ord. & commun. doct. &  
 addo. p perfecta declaratiōe qd si talis donatio

fiat extraneo reuocatur in totum ita probat  
 tex. in dict. l. si vnam. ibi quicquid largitus  
 fuerit reuocatur. & causa: si verò fiat filio & po-  
 stea nascatur alii reuocatur vsq; ad legitimā &  
 omnia alia bona remanebūt penes filiū dona-  
 tariū & per consequens hodie in nostro re-  
 gno remanebit penes filium donatarium legi-  
 tima & tertium, & quintum bonorum. Et so-  
 la legitima reuocabitur & applicabitur filio  
 postea nato. ita probat tex. formalis & expres-  
 sus in. l. si totas. C. de inoffi. dona. & ibi glo. or.  
 & com. docto. & per eum ita tenet & declarat  
 Bart. in. l. titia seio. §. imperator. ff. de lega. 2. &  
 ibi Paul. imola Cuma. & commu. docto. idem  
 Bar. in. l. 1. C. de inof. dona. & ibi Ange. Paul. &  
 commun. alii docto. Abbas in. cap. fi. de dona.  
 & ibi commun. canonist. & idem est quando  
 non habens filios vel descendentes donauit  
 bona sua ecclesiā monasterio vel pio loco: qd  
 per superuenientiam liberorum non reuoca-  
 tur in totum sed tamen vsq; ad legitimam: &  
 sic quintum solum remanebit penes ecclesiā  
 vel pium locum ita doct. vbi supra & idem di-  
 cerem si fieret donatio patri vel ascendentia qd  
 non reuocabitur in totum sed tantum vsque  
 ad legitimam, & sic quintum remanebit pe-  
 nes patrem argumento prædictorum iurium.  
 item adde & omnia prædicta extende etiam,  
 si donator simpliciter iurasset donationem,  
 quia iuramentum habet tacitam conditionē  
 & regulatur secundum naturam contractus  
 super quo interponitur vt in. l. fin. C. de non.  
 nume. pe. & sic per superuenientiam liberoru-  
 m reuocabitur donatio iurata vnum tamen est  
 quod si donator expresserentia uit dispositi-  
 oni tex. in. d. l. si vnam. C. de reuo. dona. & ve-  
 lit quod non reuocetur donatio per superue-  
 nientiam liberorum tūc etiam si fiat extraneo  
 non reuocatur in totum: sed tantum vsq; ad  
 legitimam filii vel filiorum postea natorū: qd  
 iam cōstat de eius voluntate ita Bart. in dict. §.  
 imperator. 2. col. num. 7. Dubium tamen sub-  
 tile & necessarium est si post donationem in  
 officiosam & reuocabilem filii nascantur & vi-  
 uo patre decadant an reconualescat & confir-  
 metur donatio & videtur qd nō: quia cū semel  
 ipso iure fuit extīta amplius nō reuiuscit ar-  
 gu. tex. in. l. qui res. §. aream. ff. de solu. text. in  
 l. hæredibus. ff. ad trebel. tex. in. l. qui libertin.  
 §. amissi. ff. de ope. liber. text. in. l. 4. C. qn dies  
 legat. ce. Item facit quia sufficit conductionē  
 semel extitisse licet non duret implementum  
 eius. Et in expresso istam sententiam, & conc.  
 tenet Bartolus. in. l. titia seio. §. imperator. ff. d  
 lega. 2.

lega.2.pe.col. nu.1. & ibi iallii doct. tenet etiam Albe.in dict.l.si vn quā.C.de reuo.dona.2.co. Sed contrariū est tenendum imo q̄ talis donatio reconualescat & confirmet, primo per tex. sing.in.l. posthumus. ff. de iniustorupto vbi habetur quod, licet testamentum in quo fili⁹ est præteritus sit nullum:tamen, si viuo patre decedat cōfirmatur tale testamentū saltim de æquitate prætoria. Secundò per tex.in.l.ex facto. §.pen. ff. ad trebe.vbi habetur q̄ si quis est grauatus hæreditatem vel legatum restituere, si sine liberis decesserit, & ille habuerit liberos sed decedant viuo testatore tenetur grauatus restituere, ac si nunquam eos haberet. Tertiò per tex.in.l.foemine. §.illud versi.fi.C.de secū. nup.vbi habetur quod si filii primi matrimoniū sint nati, & decedant cōstante.2. matrimoniū : pleno iure habebit bona ille ascendens qui transiuit ad secunda vota, & non tenetur aliquid reseruare. Quartò confirmatur ratio ne: quia donator tacitè videtur approbare donationem, illam non reuocando postmortem liberorum quod tamen intelligo, quando talis donator superuixit post mortem liberorum tantum tempus in quo virisimiliter potuit donationem reuocare, si velit, & non fecit sive rō tantum tempus non superuixit tūc censeatur donatio reuocata, & in terminis: ita tenet Bald. in.l.1.C.de inof. dona. pe. co. nu.18. & ibi cōm. doct.Pau.de Cast.in.l.2.C.de postu.here.Inst. fi.col.& quæstione Ioan.de Imo.in.capi.fi.de dona. §.col.nu.22. & ibi Anchār. & alii docto. Tiraquellus qui in hoc latissimē loquitur in repe. dict.l.si vnquam.C.de reuo.donati in verbo suscepit liberos nu.137.cū sequen.

Secundus casus in quo donatio semel facta potest reuocari est quando quis habens filios fecit extraneo immensam, & in officiosam donationē quæ tangat legitimā eorū: quia tūc re uocatur tex.est in.l.1. & per totū. C.de inoffi. dona.tex.in autē. vnde, si parens. C.de inof.te sta. & idem disponit. l.8.titu.4.5.par. quo casu si est in officiosa re tantū reuocatur vsq; ad legitimam. tex.est in dict.l.1. & in.l.si mater, & per totū. C.de ino.dona. Sive rō est in officiosa re, & consilio tunc disting. aut est facta alteri filio vel descendantī, & reuocatur vsq; ad legitimam tātum. tex.est in.l.si liqueat. C.de inoficio.dona. aut est facta extraneo & reuocatur in totū arg. text.in.l.si libertus in. fi. ff. de iure patro. & istam senten. & resolutio. ponit Bart. in dicta.l.1.C.de inoffi.dona.2.col.& ibi Ang. Pau. Sali. & commun. docto. de quo arti. vide latius, & magistraliter per me. in.l.29.in.ll.Tau.

Tertius casus in quo donatio perfecta, & valida potest reuocari est quando donatarius efficitur ingratuus: quia tun clicitē pōt donator reuocare tex.est in.l.fi.C.de reuo.dona. & ibi glo.or.Odoſre.petrus Cinus.Bart.Albe.Bald. Ange.Sali.& commun. do&.tex.in. §.sciendū Insti.de dona.tex.in.c. fi.de dona. & ibi com docto. & idem disponit.l.penul.titu.4.5.part. & causæ ingratitudinis sunt quinq; prima, si donatarius manus violentas in donatorem intulerit. secunda si grauem & atrocem iniuriā verbalem ei fuerit. tertia si graue damnum in bonis suis dolose & ex p̄posito cōmiserit. 4. si vitæ suę infidias p̄parauit quinta si modū vel conditionem in donatione positam non adimpleuerit: ita expresse disponunt p̄dicta iura quibus adde q̄ si interueniat alia causa & que similis bene sufficeret ita dicit glo.or.in dict.l.fi. & ponit exemplum quando donator peruererit ad inopiam, & donatarius negauit sibi alimenta, & ibi tenet. & sequitur cinus, & commu. alii doct. & confirmatur ex commu. doctrina doctorum in auten. non licet. C.de libe. præte. quæ habet quod si filius cōmisit aliam causam ingratitudinis præter illas quæ sunt in iure expressa potest licitè ex hæredari Item adde q̄ licet donator expresse promiserit donationem non reuocare propter ingratitudinem bene poterit reuocare. & tale pactū & expressa renunciatio non valet: quia induce retur quis ad delinquēdū arg. tex.in.l.si vnus §.illud. ff. de pactis tex.in.l. conuenire de pactis dota. & in expresso ita tenet Bald. in.l.fin. C de pactis.2.col.& ibi Pau. Iaso.Specu.in tit. de dona. §.1.ver. qd si actum est & ibi Ioā. An. in addi. Sali. & alii doct. in.l.pactū. C.de colla. Alexan. & moderni in.l.stipulatio hoc modo concepta de verbo. obli. Anto. & com. doct. in dict. cap. fide dona. Item adde quod mortuo donatore eius hæres non potest reuocare tale donationem propter. ingratitudinem: ita expressè disponunt p̄dicta iura similiter etiā mortuo donatario non potest donator illam reuocare ab eius hærede: ita determinat Odo. Cinus Albe. Faber & commun. docto. in.l.fi. glo.or.in.d.c.fin. de dona. & ibi Ioan. Abb. & com. alii doct. cuius ratio vera, & mentalis est secundum eos: quia est quædam facultas, & actio, & obligatio descendēs ex delicto ad vin dictam quæ non transit ad hæredes actiue nec nec passiue vt in.l. vnica. C. ex delictis defun. cū similibus. q̄ tñ limita & intellige qñ donator in vita habuit notitiā ei⁹ & habuit tēpus ad agendū & reuocadū donationē. secus vero

alias transit ad hæredes tam actiue quam passiuue argumento tex.in.c. cum in veteri de electione & in.c.fi.de dila. & ita probat text.expressus in diet.cap.fi.de dona.vbi dicit tacuit. & ibi tenet Ioan.An.Abb.An.Cardi.imola & comm. doct. tenet etiam Cinus & ibi alii doc. in.l.i.C.de reuo.dona.fi.q.Faber in.¶.sciendū insti.de dona.confirmatur etiam per glo.in.l. fideicom.C. de fideicom.&in.l.sororem.C.de his quivt in dig.& ibi cō.doc.vbi habetur q̄ si cut legatum vel fideico.pōt expresse reuocari per testatorē sua volūtate:ita etiam censetur ta citē reuocatum per aliquā causam ingratitudinis contra eum cōmissā quando illā ignorauit. Confirmatur etiam quia licet filius qui cōmisit causam ingratitudinis contra patrē non possit ab hæredibus eius ex heredari & repelli à successione patris quando pater tacuit & cū nō ex heredauit tñ debet intelligi qñ sciuī & habuit notiū eius secus verò alias si ignora uit quia tunc hæredes possunt exhortare & repellere vt dixi & fundau in querela inoffi. test.finaliter & postremo quāro an & quādo ista donatio nō valeat & resolutiue dico quod quando est omniū bonorū: item quādo est in ter patrem & filiū. Item quando fit inter maritum & vxorē vt dixi in.ll.Tauri. Aduertēdum tamen q̄ omnia prædicta habēt locū in donatione simplici inter viuos secus autē est in donatione causa mortis quia illa habet diuersam naturā & effectū pro cuius perfecta declaratio ne dico q̄ donatio cā.mor. est illa quā fit occasione mortis futurę vel instātis periculi cui⁹ effectus cōfertur in tēpus mortis vt quādo quis donat alteri rē vel pecunia post mortē donato risvel donat propter mortē vel propter periculū q̄ sperat vt hostiū nauigationis vel quid simil: quia vtroq; casū oritur actio & obligatio efficax postmortē donatoris tex. est in.l.i. & per torū.ff.de do.cau.mor.tex.in.l.i.& per. to.C.eo.tit.tex.i.¶.i.inst.de do.tex in.l.fi.tit.4.5.par facit etiam tex.cum ma.in.l.vna.C. vt actiones abhēre. & contra here.text. in.l.hæres meus & in.l.dies incertus.ff.de con.& demos. & vtrobiq; cō.doct.& adde q̄ semper requiri tur q̄ fiat mentio mortis vel instātis pericula lias non esset donatio causa mortis: sed donatio simplex modo fiat à fano modo ab insirimo, modo ab eo qui sit positus in instanti periculo.tex.est singularis & expressus in.l.seia.¶.fi. ff.de dona.causa mor.cuius verba sunt euī autem qui absolute donaret non tam, mortis causa quā morientem donare & ibi notat & commendat.glo.ord.Bart.Albe.Ange. &

reputat singularem Paul. de Castr. & Ioan.de Imo.glo.in.l.mortis causa capimus.¶.titia eo. titu.glo.in.l.pen.ff.de dote pre.glo.in.l.apud coelsum.¶.iulianus.ff.de doli excepc.glos.in.l. fi.C.de dona.causa mor.& vtrobiq; com. doc. & illum tex.reputat singu.Alex.in.l.quā do. tis.ff.solu.matri.3.col.num.5.& ibi l.solu.c.col. num.26.Bal.in cap.quoniam frequenter vt li. te non contestata.4. col.num.ii.idē.Bal.in.l.si mortis.C.ad.l.falci.An.& alii doct.in.¶.i.inst. de dona.probat etiam text.in.l.3.cū tribus se. eo.tit.de dona.causa.mortis in.l.i.¶.i.ff.si quid in frau.patro. Item etiam prosequendo mate. triam in primis quāro an talis donatio causa mortis equiparetur contractui vel vltimē vo. luntati,& breuiter & resolutiue dico quād re. spectu formē solēnitatis & ordinationis equi. paratur contractui argu.tex.in.l.inter mortis caufa.ff.de dona.causa.mortis vbi habetur q̄ donatio ista requirit præsentiam partium itē stipulationem vel traditionē text. in.l.tam is. ¶.primo eodem titul. vbi habetur quād licet filius familias non possit testari etiam decōsen. su & licentia patris tamen bene potest donare causa mortis.Nec obstat tex.in.l.fin.C.de do. natione cau.mor. vbi habetur quād in dona. tione ista requiruntur quinq; testes sicut in codicillis quia cum effectu conferatur post tēpus mortis quo donator nō reperiatur viuus vt possit se defēdere & verisimiliter pōt time. ralisitas merito requiritur maior solemnitas sicut alias ex ista causa,& ratione requiritur in vltima volūtate confirmatur etiam quia mult. totiens videmus quod in contractibus ex a. liqua causa requiritur maior solemnitas & nu. merus testium:vt in.l.fin.cum auten.ibi posi. ta.C. sicer.peta.& in.l.testium.C.de testi.vnū tamē est quād cum hodie de iure regio testa. mentum vel codicillus valeat & teneat cum so. listribus testibus & tabellione vt in.l.tit.l.i. 5.ordi.& in.l.3.in.ll.Tauri. similiter valebit do. natio cā mortis: quia remissa solēnitate in vno cense eadē ratione & à fortiori remissa in alio. & in terminis ita pbat tex.in.l.marcellus.ff.de do.cā.mor.& ibi.g.or.tex.in.l.cū hic status.¶.i. milis.ff.¶.do.intervi.& vxo.& istā sen.& cō.te net Bal.in.l.fi.C.¶.do.test.2.co.nu.6.tener etiā la. in.l.2.delega.1.2.col.in medior respectu vero cō. firmationis & effectus equiparatur vltimē vo. lūtati: quia morte donantis confirmatur,& an. te licite potest per eum reuocari text.est in.l.i. ff.de dona.causa mor.tex.in.l.senatus.¶.i.cod. tit.tex.in.l.nō videtur eo. tit.cuius verba sunt Nō videtur perfecta donatio mortis cā anteq;

*+ mortis cā. fauī mors*

*de Matienzo  
donationi būf  
tit.10. glo.1.  
¶.5. Neotectio.  
¶.1. vīg.2.*

mors in sequatur tex. in. §. i. instit. de dona. &  
 vtrobij; commun. docto. & in expresso istam  
 doctrinam & resolutionem ponit singulariter  
 Bald. in. l. 2. ff. de legat. i. & ibi Pau. de Cast. Io.  
 de Imo. aretinus Cumanus. Alexand. Socinus  
 Iaso. Lancelotus Ripa, idem Bald. in. l. cū hi. ff.  
 de transa. i. le. fi. col. & ibi alii doct. An. de Are.  
 in. §. i. insti. de dona. & ibi etiā cō. doc. & ita de  
 bet intelligi glo. or. cōmu. approbata in. l. 2. ff.  
 de dote præle. glo. etiam ordi. in dict. §. i. inst. d̄  
 dona. ex quo resolutiuē plura singulare infe  
 ro in materia Primo q̄ cum respeētu formē &  
 ordinationis equiparetur contractui requiri  
 tur presentia vtriusq; partis & solennis stipu  
 latio vel traditio tex. in. l. inter mortis verific. i.  
 ff. de dona. causa mor. & ibi glo. or. & cō. doct.  
 quod declaro isto modo: nam si res nō fuit tra  
 dita sed interuenit stipulatio competit efficax  
 actio ipsi donatario postmortem donantis cō  
 tra hæredes eius. Siverò res fuit tradita. domi  
 nium translatum est licet reuocabiliter quia  
 donator potest poenitere, & post mortem do  
 natoris remanet apud donatariū irreuocabili  
 ter & pfecte nec cōpetit vel oritur sibi aliqua  
 actio vel obligatio ex eo quod contractus in  
 ceperit à traditione & habet iā consumatū effe  
 ctū ita pbattex. notabilis in. l. si mor. causa res  
 donata eo. tit. & ibi glo. or. & com. docto. tex.  
 in. l. qui mortis eod. tit. & ibi. doct. nec obstat  
 si dicas q̄ exnuda & simplicitate rei nō  
 transit in aliud dominium nisi interueniat ti  
 tulus & causa habilis & sufficiens vt in. l. nun  
 quam nuda. ff. de acqui. re. domi. cum similib.  
 Sed in nostro casu donatio causa mortis non  
 est pfecta nec valida in vita donatoris sed vir  
 tus & effectus eius est suspensus in tēpus mor  
 tis. tanquam in actu conditionali ergo nō pos  
 sit de iure transfire dominium. quia respōdeo  
 q̄ illud est verum q̄dō nulla subest causa vel ti  
 tulus re vel spe: secus verò quando subest sal  
 tim spe de futuro ratione cōtractus conditio  
 nalis tex. est in. l. dotis fructus. §. fi. cum. l. se. ff.  
 de iure doti & ibi com. docto. text. in. l. contra  
 ctus. C. de fide instru. & ibi glo. ord. secūdo in  
 fero q̄ cum hodie ex nudo pacto donationis  
 oriatur actio vt in. l. si quis argentum. §. fin. au  
 tem. C. de dona. quod similiter orietur in do  
 natione causa mortis & in expresso ita tenet  
 glo. singu. & vnicam in. l. cum pater. §. meuio. ff.  
 de lega. 2. quam ibi adhoc notat & cōmendat  
 Bar. Albe. Bal. Pau. imola idē Bar. i. in. l. 1. ff. de  
 dona. cau. mor. i. co. nu. 2. & ibi etiam commu  
 docto. & illam. glo. adhoc reputat singu. & v  
 nicam Ange. Pau. & moderni. in. l. 2. ff. de lega.

i. idem Ange. in. l. cum ex causa. ff. de reiv. idē  
 Ange. in. l. 2. ff. de publicana Bal. & alii docto.  
 in. l. 1. C. de dona. cau. mor. idem Bal. in. l. si qui  
 dem. C. de actio. & obli. idem Bal. in. l. cum hi.  
 ff. de transa. i. le. fi. col. idem Bal. in. l. cum vi  
 rum. C. de. fideico. i. col. nu. 3. idē Bal. in. l. vni  
 ca. §. fin autem sub conditione. C. de cadu. to  
 len. in fine idem Bald. in. l. si donationis. C. de  
 contra. emp. idem Bal. in. l. executorem. C. de  
 execu. rei iudi. 3. col. Ang. in. §. in personā inst.  
 de actio. & ibi Iaso. io. col. similis tamē gl. est in  
 l. 2. C. de iure doti. in gl. mag. in fi. & ibi docto.  
 & eodem modo poterit fieri inter absentes in  
 terueniente nuntio vel epistola arg. textus. in  
 l. cōsensu. ff. de actio. & obli. & in. l. absenti. ff.  
 de dona. cum ibi notatis, si verò fiat inter ab  
 sentes non interueniente nuntio vel epistola  
 non erit donatio causa mortis: sed potius lega  
 tum & vltima voluntas vt infra dicam. Tertio  
 infero q̄ nō requiritur aditio hæreditatis post  
 mortē donatoris sed absq; ea valet & tenet do  
 natio & pōt exigi q̄ declaro isto modo: nā si  
 traditio fuit sequuta dominū est cōfirmatū  
 morte tanq̄ ex cōtractu cōditionali purificata  
 cōditione nec eget actione vel petitione si vero  
 non fuit sequuta: sed sola promissio tūc dabīt  
 curator bonis & hæreditati iacenti & tanq̄ cre  
 ditor ex cōtractu petet ab eo p̄adictā dona  
 tionē, cuius ratio est quia donatio cau. mortis  
 cōfirmatur morte nō vero confirmatur testa  
 mēto vel codicillo vel alia vltima dispositione  
 ita probant omnia iura superiora & inspecie  
 probat tex. in. l. post legatū. §. qui mortis. ff. de  
 his qui vt indig. & ibi tenet gl. or. Bar. Albe. &  
 commun. docto. text. in. l. sequens quæstio. ff.  
 de lega. 2. & ibi notat Bart. Imo. & alii docto.  
 confirmatur etiam quia simile videmus in do  
 natione inter patrem & filium & donatione  
 inter maritum & vxorem quæ nō valet à prin  
 cipio nec est perfecta nec cōsumata: sed postea  
 confirmatur morte donantis & tamen non  
 requiritur aditio hæreditatis. gloss. est singul.  
 in. l. filiū cuius in. gloss. prima in fine. C. fami  
 hærc. quam ibi notat & commendat Bal. tertia  
 colum. num. 8. & com. alii docto. & reputat ibi  
 singu. & vnicam Ange. qui dicit q̄ licet legata  
 quantumcunq; pia & p̄aulegiata requirant  
 aditionem saltim ab intestato vt in. l. 2. ff. de  
 fideicom. liber. & notatur in. l. tanquā. C. defi.  
 commis. tamē ista donatio nō requirit aliquā  
 aditionē testamento vel abintestato. & in ef  
 fectu istam sententiā & cōclusionē tenet Bald.  
 in dict. l. 2. ff. de lega. i. & ibi Ang. Pau. imo. A  
 re. Alexan. Soci. Iaso. Lance. Deci. & Franc. de

ripa idem Bald.in.l.cum quis.ff.de condi.cau.  
 da.can.non secu. & ibi cōmun. docto idē Bal.  
 in.l.si mortis. C. ad legem fal.& ibi alii docto.  
 idē Bal.melius quam alibi in.l.cum virum.C.  
 de fidei commissis.i. col. & quæstio. & ibi cō.  
 docto.Bart.Ange. & moderni in.l. qui Romę  
 &.flauius hermes.ff.de verbo.obli.Roma.sin.  
 in.l.in mortis causa donationibus.ff.de dona.  
 cā.mor. Quarto infero q̄ cū hodie in nostro  
 regno. mulier cōiugata nō possit facere cōtra  
 cōtus nec quasi cōtractus sine licentia viri q̄ si  
 militer nō poterit facere donationem cā mor.  
 tis cū æquiparetur contractui quo ad sui for.  
 mā solēnitatē & ordinationē & in expresso ita  
 tenet Anch.in con.suis cōf. 384.Alex.in.d.l.2.  
 ff.de le.i.fi.co.nu.3.& ibi Soci.pe.cōl.nu.7.ri.  
 pa.4.col.nu.10.Are.Alex.& alii docto.in.l.2. ff  
 de verbo.obli.Abb.in cō.su.cō.40.2.vol.Ias.in  
 §.omniū Insti.de actio.5.col.nu.29.licet cōtra.  
 riū teneat Ro. in.d.l.2. ff. de verb.obli.& lati.  
 quā aliliba per bona fundamenta in dict.l.  
 2. ff.de lega.1.2.co.nu.8.Quinto infero quod li.  
 cet heres.vel legatarius possit repudiare hære.  
 ditatē vel legatu tñ donatarius qui semel con.  
 sensit stipulando vel acceptando non pōt do.  
 nationē causa mortis repudiare ex quo sequi.  
 tur q̄ non poterit fieri prēdictiū alteri tertio  
 cui fuisset grauatus restituere & in expresso i.  
 ta tenet glo.singul.& vnicia in.l.cum pater.δ.  
 mater. ff.de legat.2. quam ibi ad hoc notat &  
 commendat Bar.& com.alii docto. & reputat  
 singu.Pau.in dict.l.2. ff.de lega.1.2.col.nu.6.li.  
 cet corrupte eā alleget & ibi Alex.2. col.nu.8.  
 Bal.in.l.cum hi. ff.de transa.1.leēt. fi.col. Sex.  
 to infero q̄ p̄ tali donatione causa mortis nō  
 cōpetit actio ex testamento nec hypothecaria  
 licet cōpetat pro legatis quia nō reperitur iure  
 caustum ita Bal.Pau.in.d.l.2. ff.de lega.1. Itē cū  
 respectu confirmationis & effectus cōquipare.  
 tur vltimae volūtati infero primo q̄ post mor.  
 tē donantis dominiū rei donatæ transit in do.  
 natariū si nulla traditio fuit facta in vita sicut  
 transit dominiū rei legatæ ita probat tex.iun.  
 etia glo.1.ordinaria in.l.2. ff.de publiciana quē  
 ad hoc reputat sing. & vnicum Bald.Ange. &  
 alii docto.ibi idem Bald.in.l.2.C.si quis alteri  
 vel sibi & ibi Sali.& alii docto.notat etiam &  
 commendat idem Bald.in.l.cum hi. ff.de transa.  
 1.leēt. fi.col.idem Bal.in.l.2. ff.de lega.1 & ibi.  
 Pau.de Cast.Alexan .& commu.docto.idem  
 Bal.in.l.si mortis.C.ad.l.fal.specu.in.t. de do.  
 natione pe.col.verfic. & nota.Roma.in.l.1. ff.  
 de donatio. cau. mor. fi. colum.& ibi Cuma.  
 & alii docto.Ange. de Are. in. §.1.Insti.de do.

na.fi.col.in.fi.Rolādinus & eius additionator  
 in tract.dedona.cau.mor.fi.col.nu.19.Secūdo  
 infero q̄ in donatione causa mortis habebit  
 locum ius accrescēdi data coniūctione sicut in  
 legatis tex.est singu.& vnicus in.l.vnica.δ.fi.C  
 de cad u. to. quem ad hoc reputat sing. & vni  
 cum Bald. & alii docto.ibi & dixi in materia  
 iuris accrescendi.Tertio infero q̄ in donatione  
 causa mortis detrahitur falcidia sicut in lega.  
 tis text.est in.l. cū pater.δ.eorū. ff.de lega.2.&  
 ibi notat & cōmendat Bart. Albe. Bald. Paul.  
 Imo.tex.in.l.1.δ.si quis ex mortis. ff. quorū le.  
 gatorū & ibi docto.tex.in.l. si mortis.C.ad.l.  
 fal.tex.in.l.2.in fin.C.de dona.causa mor. tex.  
 in.l.pe.eo. tit.& tradit plenē Bart. & docto.in  
 l.1.δ.item si ita. ff.ad.l.fal.idem Bar. & doct.in  
 l. qui precio. ff.de dona.cau.mor. Quarto infe.  
 ro q̄ in donatione cau.mor. nō requiritur insi.  
 nuatio licet excedat sumā quingentorum soli.  
 dorū sicut nec in alia vltima voluntate tex.est  
 formalis & expressus in.l.fi.C.de dona.causa  
 mor.& ibi notat & cōmendat gl.or.Bar.Odo.  
 Cinus Albe.Bald. Ange. Sali. & commun.do.  
 cto. Et ex hoc maxima cum ratione dubito  
 an in donatione pura & simplici quā à  
 principio non valet sed morte confirmatur, vt  
 donatio inter maritum & vxorem & inter pa.  
 trē & filiū requiratur insinuatio & videſ q̄ nō  
 argu.tex.in.d.l.fi.C.de dona.cau.mor.& quia  
 videntur æquiparari cum vtraq; habeat vim  
 relicti.iuxta notata in autē.extestament.C.de  
 cola.& in aliis locis & in expresso q̄ nō requi.  
 ratur insinuatio tenet Bal.in.l.si mortis.C.ad  
 l.fal.2.col.Sed salua eius pace contrariū est te.  
 nendum imo q̄ requiratur insinuatio tex.est  
 formalis & expressus in.l. donatiōes quas pa.  
 rentes.C.de dona.inter vi.& vxo,vbi disponi.  
 tur q̄ talis donatio est nulla & non confirma.  
 tur morte si non fuit insinuata & ibi notat &  
 commendat glo.or. sed operæ preciū est inue.  
 stigare rationem diuersitatis &cogitaui quod  
 vera & mentalis ratio potest esse quia dona.  
 tio causa mortis habet vim relicti cum eius ef.  
 fectus conferatur post mortē: donatio verō  
 quā morte confirmatur est pura & simplex  
 & meritō si est excessiua est nulla sine insinua.  
 tione & non cōfirmatur morte pulchrū tamē  
 & subtile dubiū est si talis donatio sit in totū  
 nulla an verō solū pars excessiua & in alia con.  
 firmetur morte & videtur quod in totum sit  
 nulla & aliqua parte non confirmetur morte  
 ita probat tex.in dicta.l. donationes quas pa.  
 rentes.C.de dona.inter vi.& vxorem in quātū  
 simpliciter genericē & absolutē loquī & ibi  
 videtur

videtur sentire glo.or.in verbo concedimus in ratione quam reddit, dum dicit. Cùm duobus careat adminiculis scilicet, ratione personæ & ratione rei, & ibi expressè tenet Sali.nu.3. & illum tex.ad hoc reputat singu. Suci.in.l. si inter virum.ff.de rebus dubijs.i.col. vbi dicit q̄ ita consuluit in ciuitate Florentia, & consiliū eius fuit approbatum à toto collegio, in quo erant multi præstatiſſimi viri, idem Suci.in.l. 1.ff.solu.matri.19.col.nu.22.

Sed ego firmiter teneo cōtrarium, imò q̄ do natio sit nulla in parte excessiuā, quia nō fuit insinuata sed in alia cōfirmet morte.arg.text. & eius ratiōnis in.l.sancimus. C.de dona. nec obstat tex.in dicta.l. donationes quas paren. C.de dona.inter vi.& vxo.quia si bene inspi ciatur, potius probat meā sen.& concl.in quā tum dicit.nam amplioris quantitatis &c.qua si dicat, q̄ in parte tantū excessiuā non con firmatur.& in expresso ita tenet ibi vno verbo Odofre.& Albe.in expositione literæ.Io.An. in addi.ad specu.in tit.de dona.in ȳbo donationes.Pala.ru.in sua repe.fo.59.4.col.in fine.

Quintò infero, q̄ sicut in legatis relictis in vltima voluntate sub conditione negatiua, habet locum cautio mutiana, vt in.l.mutianæ. ff.de condi. & demonst. cum simi. ita etiam in donatione causa mortis. ita probat tex. formalis & expressus in auten.de nuptijs. §.præfatæ au tem colla.4. & tenet Bal. in auten.cui relictū. C.de indict.vidui.tollen.4.col.8.notabili.& ibi alij doct.& per illum tex. ita tenet Iaso in.l. 2.de lega.i.penul.col.nu.17.

Sexto infero, q̄ sicut in hæreditatibus vel legatis potest fieri substitutio vulgaris & fidei commissaria, ita in hac donatione causa mortis.tex.est in.l.vt hæredibus. ff.de lega.2.text. in.l.si cui mortis causa. ff.de dona.cau.mortis. quod intellige quādo primus donatarius pro mittit per stipulationem vel pactū secūdo do natario: quia aliàs non potest illi quāri, cum ista donatio requirat præsentiam partis & formam & solemnitatem contractus, ita probant prædicta iura, & ibi glo.or. & cōmu.doct. te nent etiam comm.doct.in.l.i. C.de dona.cau. mor. Quod ego subintelligo de iure antiquo secūs verò de iure nouo, cū in donatione pos sit fieri pactū fauore alterius, & ex eo sibi quē ritur actio. arg.tex.in.l.quotiens. C.de dona. quæ sub modo.& ita videtur declarare Ioa.de Imo.in.d.l.si cui mortis. ff.de dona.cau.mor.

Vnum tamen est q̄ isto casu censetur subin tellecta cōditio illa si sine liberis decedat, sicut in vltima voluntate secundum glo.or.no. &

or.in dicta.l.i.C.de dona.cau.mor.

Septimò infero, sicut in vltima voluntate im possibilis cōditio reiçit ur de dispositione, vt in.l.i.ff.de condi.infī. & in.l.2.ff.de cōdi.& de monst. cum similibus: ita eodem modo in donatione causa mortis.tex.est in.l.quæ sub conditione. §.hoc edictum.ff.de condi.infī. & ad hoc notat & commēdat Bal. Imo. & alij doct. in.l.i.eo.tit.& illum tex.reputat singu. Ioa.de Imo.in.l.illud.ff.de dona.eau.mor.idem Imo. & doct.in.l.impossibilis.ff.de verbo.obli.

Ostatuò infero, q̄ capacitas vel incapacitas donatarij inspicitur tempore mortis donantis sicut in vltima volūtate.text.est in.l.in mortis causa donationibus.ff.de dona.cau.mor.& i biglo.or.& communiter doctores.

Nono, quia sicut institutio legatum vel fidei commissum potest fieri inter maritum & vxo rem imò blanditijs & verbis deprecatiuis potest vn° alterum ad hoc attrahere, vt in.l.fi.ff. si quis aliquem testa.prohi.& in.l.fi. C.eo.tit. & vtrobiq; doct. ita inter eos potest fieri donatio causa mortis,& secuta morte erit valida etiam si in vita non interuenit traditio.tex.est in.l.si eum seruum. §. fi. cum lege sequenti. ff. de dona.inter virum & vx. tex.est in.l.si mortis causa inter virum & vxorē. ff.de dona.cau. mor.tex.in.l.pe.eo.tit.

Decimò infero, q̄ sicut alienatione voluntaria rei legatæ censetur reuocatum legatum, vt in.l.rem legatam. ff.de adimen.lega. & in.l.fi. deicōmissa. §.fi. ff.de lega.3. etiam si postea te stator redimat, vt in.l.cum seruus. ff.de adimē. lega. ita reuocabitur donatio causa mortis. ita tenet Dinus in.l.stichum qui meus erit. ff.de lega.i.quod dictum reputat vniçum & nō ali bi Bal. ibi & sequitur Imo.Are. Cuma.Alex. & Iaso & tenet Alex. in.l.2.eo.tit. fi. col.& ibi Iaso pe.col.nu.15.Roma.per term.in.l. Marcel lus. §.Paulus.de dona.cau.mor.

Prædicta tamen intellige, quando donatio fuit facta præsenti vel absenti interueniente nuntio velepistola: secūs tamen est quādo fieret absenti non interueniente nuntio vel epistolæ: quia tunc indistinctè quò ad omnia ha betur pro vltima voluntate & in omnibus ei comparatur: imò quòd magis est, istud procedit etiam si donatio sit facta simpliciter & inter viuos, quia si fiat absenti & cum solemnitatere requisita in vltima voluntate, putà coram quinque testibus censetur legatum & vltima voluntas. ita probat text.in.l.miles ad sororē. ff.de lega.2. & ibi glo.or. & commu.doct.tex. in.l.cum pater. §.donationis.eo.titu.facit tex.

## Tomi. II. Cap. IIII.

- in.l.si donatio.C.de dona.tex.in.l.quoniā in-dignū.C.de testa.text.in.l.2. C.cōmu.de lega.  
ex quo infertur, q̄ omnia quæ habent locum  
in propria & vera vltima voluntate habebūt  
etiam locū in ista donatione facta absenti.
- 19 Item quāro, qualiter reuocetur ista donatio  
causa mortis; in quo articulo breuiter & resolu-tiuē dico, q̄ primō reuocatur per poenitentiam & expressam volūtatem donatoris, quia  
cum non sit valida, nec perfecta, nisi post mor-tē eius, meritō antē potest liberē reuocari. tex.  
est in.l.Marcellus.¶ Paulus.de dona.cau.mor-tis.tex.in.l.mortis causa donatio.eo.tit.tex.in.l.  
qui mortis.eo.tit. cum simi. & an tunc requi-rantur quinque testes vel sufficient duo. vide  
Phi.Deci.in.l.non omnis.ff.si cer.peta.
- Secūdō reuocatur tacitē, si prius decebat do-natarius q̄ ipse donator.tex.est in.l.i.ff.de do-na.cau.mor.tex.in.l.si mortis causa res dona-ta.eo.tit.tex.in.l.non omnis.ff.si certum peta.  
tex.in.¶.Insti.de dona.tex.in.l.fi.tit.4.5.par.
- Tertiō reuocatur etiam tacitē, si donator fe-cit donationem, cūm effet infirmus, vel in ali-quo periculo positus & postea conualuit, vel  
fuit liberatus ab illo periculo: quia statim ipso iure, censetur reuocata donatio: quod tamen intellige & declara isto modo, q̄ licet donatio ista possit fieri tam à fano, quam ab infirmo,  
dum tamen fiat mentio mortis, vt suprā dictū est. Tamē in hoc est differentia, q̄ si fiat ab infirmo, ve existente in aliquo notabili, & instāti periculo, tacitē ipso iure, reuocatur per conuale-scentiam, vel eo ipso q̄ euasit ab illo periculo, vel si illud non intrabit: si verò à fano, nō reuocatur, licet postea incidat in infirmitatē, vel periculum, & ab ea, vel eo euadat, vel sit li-beratus.tex.est capitalis & expressus in.l.non omnis.ff.si cer.peta.& ibi notat & magistrali-ter declarat Pau.de ca.& communit.moderni  
tex.in.l.fi is seruus.fl.de dona.inter vi.& vxo.  
ibi donec aut vir moriat, aut suspicione mor-tis propter quam donavit, liberetur. & ibi do-cto.tex.in.l.apud Celsun.¶.i.ff.de dolii excep-tex qui sic debet intelligi in.l.fi.tit.4.5.part.  
Quod notabiliter intellige, quādo sit facta do-natio præsentis: secūs verò si absenti: quia tunc cum in omnibus æquiparetur vltimæ volun-tati, non reuocatur per conuale-scentiā vel eua-sionem à periculo, sicut nec vltima volūtas re-uocaretur.arg.tex.in.l.fi.C.de postu.hære.in-sti.& ita tenet etiam & declarat Pau.& moder-ni in dict. l.non omnis.ff.si cert.pe qui dicunt esse valde notabile & mente tenendum.
- Quæ omnia perpetuō & singu.limita & in-
- tellige quando est facta mentio mortis in ver-bis dispositi-uis denotantibus substantiā acti,  
& dispositionis; vt si quis dicat, dono tibi talē rem, vel pecuniam post mortem meam, vel cū moriar, vel quia est mihi timor mortis: quia tunc est mera donatio causa mortis, & potest reuocari expreſſe vel tacitē: & deniq̄; habent locum omnia quæ suprā dicta sunt in materia dona.cau.mor. secūs tamen est, si est facta mē-tio mortis in verbis executiuis, denotantibus dilationem & terminum solutionis; vt si quis dicat, dono tibi talem rem vel pecuniam solue-dam post mortem; vel dono tibi fundum, retē-to vſu fructu pro vita mea; quia tunc non in-telligi esse donatio causa mortis; sed vera & propria donatio inter viuos; & per consequēs non poterit reuocari.arg.tex.in.l.Seia.¶.fi.ff.  
de donatione causa mortis. text.est in.l. Seia.  
ff.de dote præle.text.in.l. nam & si cum mori-ar. ff.de condi.indē. text.in.l. prima .C. vt  
actio ab hæred. & contra hæred.text.no.cum  
materia.in.l. quidam testamento. fl.de lega.¶.  
& in expresso istam sent. & concl. tenet Bal.in  
l.2. C.de iure dot.2.col. idem Bal.in.l.si mort.  
C.ad.l.Fal.i.col.nu.3.Lud.Roma.in.l.quæ do-tis.ff.solu.matri.3.col.nu.8.& ibi Alex.4.col.  
nu.12.Iaso no.8.col.nu.35.Alex.con.14.2.colu.  
1.no.doctor Segura in repe.l.i.¶.si vir vxori.ff.  
de acqui.posse.4.fo.3.col.
- 20 Item quāro an reuocata prædicta donatio-ne expreſſe vel tacitē revertatur ipso iure do-minū in donatorem: & resolutiū dico q̄ sic,  
& competit ei rei vindicatio & similiter con-di-ctio ob causam, vel sine causa.tex.est singu-  
& subtilis in.l.si mortis causa res donata.cum  
l. sequēti.fl.de dona.cau.mor.& ibi glo.& cō-mu.doct.& confirmatur, quia in casib⁹ in qui-bus ex solo titulo & contractu transit domi-nium in aliquem ipso iure, sine traditione in-eisdem facta reuocatione & resolutione con-tractus, re transfertur ipso iure dominium in-alienantem: istam regulam & doctrinam probat tex.valde notab.in.l.fi.C.de lega.& ibi.g.  
or.& commu.doct.probat etiam glo.or.in.l.i.  
C.de inoffi.dona.in.g.mag.in fine.¶.si.at hic.  
& ibi Bal.Pau.& commu.doct. & in effectu ita-tenet & declarat Pau.de Cas.in dicta.l.si mor-tis causa res donata.dicens esse valde singula-re.& ibi Ioa.de Imo.& alij doct.
- 21 Item quāro, an facta reuocatione huius dona-tionis possint repeti fructus: & breuiter dico,  
q̄ sic, nēdum pendentes sed etiam percepti à tem-pore donationis.tex.est in.l. cum quis.ff.  
de condi.cau.da.cau.nō secu.cuius yba sunt.

Cum

Cum quis mortis causa donationem fecisset, cum conualuisset donator, condicit fructus quoq; donatariū rerum & partus & quod acreuit rei donatæ repetere potest. & ibi notat & cōmendat Bar. Bal. Ang. Pau. Cuma. Alex. & Iaso. tex. in. l. videamus. la. 2. §. idem q; est. ff. devsuris. & ibi cōmu. doct. tenet etiam & com mendat Bar. in. l. si mortis cau. ff. de dona. cau.

Sed aduertendum q; contra istam decisionē facit tale fundamentum: quia quando quis re cipit fructus de voluntate domini etiam ex cō tractu reuocabili vt ex commodato precario vel simili, non tenetur fructus restituere secu ta reuocatione. tex. est in. l. in commodato. §. si cut. ff. cōmo. tex. in. l. Aquilius regul<sup>p</sup>. ff. de dona. tex. in. l. Lucius. eod. tit. tex. in. l. Julianus. §. ex vendito. & si. possessionem. ff. de actio. emp. & tenet Bar. in. l. 3. §. ex contrario. ff. de acqui posse. 3. col. nu. 5. & ibi cōmu. doct. Sed respon deo, q; in dictis iuribus actus & contractus sta tim valet & habet effectum, nec suspendit eius confirmationem post mortem: sed in nostro casu contractus non est validus nec perfectus in vita donantis, sed suspenditur eius cōfirma tio post mortem: vnde si ante reuocetur, repe tunur fructus. & in expresso ita tenet & declarat solus Bal. in. dict. l. cum quis. ff. de cōdi. cau. da. cau. non secuta. nec obstat tex. in. l. dotis fructus. cum. l. sequent. ff. de iure dot. & iu. l. sub conditione. ff. de solu. vbi quādo pen dente conditione fit, traditio transit dominiū, et recipiens lucratur fructus: in quo iure ita te net Suci. in. l. si interemptis. ff. solu. matri. quia ibi fit reuocatio per defientiam conditionis & non per reuocationem partis. Ex quo in fero, q; si donatio pura & perfecta reuocetur per superuenientiam liberorum q; non reuocabuntur fruct<sup>b</sup> medio tempore percepti: sed tātū illi qui sunt percepti post natuitatem liberorū vt suprā dixi. Secundō infero, q; si donatio pura & simplex reuocetur ppter in gratitudinem iuxta dispositionem text. cum materia in. l. fi. C. de reuo. dona. & in ca. fi. ex. de dona. q; non reuocabitur cum fructib<sup>b</sup> per ceptis, quia iam donatio fuit perfecta & cōsu mata: & in expresso isto fundamēto & ratio ne ita tenet Rolandin<sup>o</sup> in tracta. de dona. cau. mor. 4. col. nu. 6. per glo. quam dicit singu. in. l. generaliter. §. plane. ff. de fidei co. liber. post praeceptorem suum quem ibi citat & refert. Tertio infero, quōd si contractus rescinditur remedio. tex. in. l. 2. de rescin. ven. quōd nō pos sunt peti fructus medio tempore percepti.

¶ Item quāro, si in donatione causa mortis ex

pressē dictum est, quōd non possit donatio re uocari, an erit donatio causa mortis, & possit reuocari expressē vel tacitē modis prædictis, vel erit simplex donatio inter viuos: & breui ter dico q; non erit donatio causa mortis, sed donatio inter viuos, & per consequens nō poterit reuocari, nec in ea non habebunt locum ea quæ dicta sunt in donatione causa mortis. tex. est singu. & expressus in. l. vbi ita donatur ff. de dona. cau. mor. & ad hoc notat & cōmen dat ibi glo. ordi. Bar. Albe. Ange. Pau. & communiter docto. & illum textū ad hoc reputat singul. Ioan. de Imo. ibi Bald. in. l. 2. C. de iure doti. idem Bald. in. l. cum quis. ff. de condi. ob causam. idem Bal. in. l. quādotis. ff. solut. matri. Rode. sua. in allegationibus suis, allegatione. 20. probat etiam tex. in. l. si alienam. §. primo. ver si. fin. eo. titu. de dona. cau. mortis. tex. in. l. senatus. §. mortis. versic. fin. eo. titu. cuius ratio potest esse duplex. Prima, quia tali casu mentio mortis non videtur esse causa principalis & finalis, sed impulsua. Secunda, quia tali casu mentio mortis videtur adiecta causa dif ferēdā solutionis, non verò causa substāialis dispositionis. ita tenet ibi glo. & cōmu. doct.

Nec obstat si dicatur q; pactum appositum contra substantiam & naturam actus vel con tractus est nullum ipso iure, vt in. l. cum prece ria. ff. de precario. cum. simi. quia illud est verū & procedit quando non potest conuerti in al liam speciem cōtractus sibi similem: & iste est verus & realis intellectus horum iurium & in effectu ita tenet & declarat Bar. & commu. docto. in. dict. l. vbi ita donatur. Bal. in. l. si pater. ff. de adoptio. 2. leet. vbi dicit q; ista verba aurea & quōd alij in hac materia freneticant.

Vnum tamē est, q; si talis donator in instru mento donationis causa mortis ponat verba generalia, quōd promisit prædictam donatio nem & omnia contenta in instrumento serua re, firma, rataque habere, & nullo tempore re uocare, nec contravenire, quōd erit donatio causa mortis, & poterit expresse vel tacitē re uocari: quia illa verba generalia debent intel ligis secundum naturam contractus super quo interponuntur. argum. text. in. l. quāro. §. in ter locatorem. ff. locati. text. in. l. quinta. §. con uentionales. infra isto titulo. de verbo. oblig. tex. in. l. si stipulatus. ff. de vsuris. tex. in. l. prima. §. si quis sub conditione. ff. vt lega. no. ca. & utrobique commu. doctores: confirmatur etiam, quia talia verba magis videntur posita ex vsu & consuetudine Tabellionum, quam ex voluntate partium. & in terminis ita tenet

tenet Bald.in.l.cum quis. ff.de condi. cau.da. cau.non se. Alex.in.l.quæ dotis. ff.solu.matri. quod est singulare, contrarium tamē tenet Ia- so in.l.non omnis. ff.si cer.pe. imō q̄ sit dona- tio inter viuos & non possit reuocari per tex. in dict.l.vbi ita donatur. ff.de dona.caū.mor. sed pro cōcordia dico, q̄ si in ipsa substātia do- natiōis & principalib⁹ ybis dispositiūis, in qui- bus substātia contractus consiliit, dicta ver- ba ponantur, erit donatio inter viuos, & non poterit reuocari & procedat. text.in dict.l.vbi ita donatur & op̄i.Iaso. Si verò in ipsa substātia donationis & verbis principalib⁹ dispositiūis nō apponūtur, sed accessoriè in fine instru- mēti, vt cōmu. p tabelliones fieri solet, tūc cen- seat esse donatio causa mortis, & per illa yba non amittat virtutem & effectum eius, & pro- cedat opinio Bal.& sequacium: quia clausula accessoria in fine posita respicit tātūm execu- tionem, & non videtur mutare principale dis- positionem. arg.tex. in Cle.i.in fi. de præben. & in terminis istam doctrinā & concordiā po- nit Phi.Decius in.l.nō omnis. ff.si cer. pe.col. quod reputo nouum & singulare in practica. Aduertendū tamen q̄ regula & cōcl. quæ ha- bet q̄ donatio causa mortis convertitur in do- nationem inter viuos, quando in ea prædicta verba ponuntur debet intelligi quando est ta- lis quæ possit valere inter viuos: secūs verò aliás vt si quis donēt alteri omnia bona sua p̄f- sentia & futura cum pacto de non reuocādo: quia ex mente contrahentiū valebit vt dona- tio causa mortis, vt act⁹ potiū valeat q̄ pereat & illa verba confirmatiua intelligentur secun- dum propriā naturam donationis causa mor- tis. argu.tex.in.l.quotiens. ff.de rebus dubijs. tex.in.l.cum precario. ff.de precario. & ita te- net & declarat Pau. in consilijs suis, quem re- fert Alex.in.l.quæ dotis. ff.solu.matri. 4.colu. nu.ii. sed ibi reprobat & tenet contrariū: quia per illa verba resoluitur in donationē simpli- cem inter viuos, vt in dict.l.vbi ita donatur. er- go non potest alio modo valere.

23 Item quæro, quæ personæ prohibeantur do- nare & magistraliter & resolutiūc dico q̄ se- quentes. Primò prohibetur, maritus donare vxori, vel ē contra. cuius ratio est, ne mutuo a- more se spolient. tex.est in.l.1.2.3. & per totum ff.de dona.inter vi. & vxo. cuius pulchra yba legis tertiae sunt. Maiores nostri inter virū & vxorem donationes prohibuerunt amorē ho- nestum solis animis existimantes famē etiam coniunctorum consulentes, ne concordia pre- cōciliari videretur, neue melior in pauper-

tatem incideret & deterior dition fieret. & ibi Odofre.Bal.Bal.Sali.& comm.doct.text.in.l. i.& per totum.C.eo.tit. & idem disponit.l.4. &.5.tit.ii.4.par. & in tantum hoc est verum ut talis donatio sit ipso iure nulla & ex ea nulla oriatur actio nec obligatio.tex.est in.l.3.6.scie- dum. ff.de dona.inter vi. & vxo.& ibi comm. doct.& per eum tenet etiam Bar. & cōmu.opi- nio in.l.cum lex. ff.de fideiu.

Dubiū tamen singulare est in materia. si ma- ritus senex vel ignobilis facit donationē vxori suæ iuueni, pulchra vel nobili, vel confessus sit ex certa scientia dotem recepisse quam non recepit, an valeat & teneat: & breuiter di- co, q̄ sic: quia est potiū remuneratio q̄ dona- tio.arg.text.in.l. quod autem. q̄. si vir & vxor. ff.de dona.inter vi. & vxo. per quem ita tenet Bar.in.l.diuortio.infra isto tit.de ybo.obli.& ibi Pau.Imo.Cuma.Alex.& moderni. vbi Ias. melius quām alibi.3.col.nu.ii. idem Bar.in.l.si voluntate.C.de dotis promi.vbi dicit esse suū nouum dictum quod omnes sequuntur. Bal. in.l.si pater puer. C.de inoffi.teſt. Abb.& Ca nonistæ in ca.super eo de testibus.idem Abb. in ca.gemma de spon.Suci. & moderni in.l. ff.solu.matri.Pala.ru.in sua repe. C.per vras. fo.17.1.col.cum sequentibus.

Aduertendum tamen q̄ talis donatio confir- matur morte ipsius donatoris, non verò do- natarij.tex.est in.l.Papinianus. ff.de dona.in ter vi. & vxo.& ibi glo.or.Bart. & cōmu.doct. tex.in.l.cum hic status.& quasi pertotum.co. tit.tex.in.l.1.& in.l.etiam.& in.l.à marito.& p totū.C.eo.tit.& ibi commu.opin. Cuius ratio est, quia illo tempore iam cessat illa ratio impe- ditiu & vnu liberē potest instituere aliū vel ei legata & fideicomissa relinquere: ergo ex tacita voluntate videatur confirmata talis do- natio & habere vim relieti, verētamen & crea- liter est donatio, & sic species cōtractus vt pro- batur & colligitur ex prædictis iuribus: ex q̄ infertur q̄ ad hoc vt talis donatio valeat & cōfirmetur morte, non requiritur hæreditatis a- ditio: ita probat tex.in.l.1.C.de dona.inter vi. & vxo.& ibi tenet Bar.& commu.opin.idem Bar.& alij doct.in.l.sequens quæstio. ff.de lega. 2.tenet etiam Paul.de Castro & commu.doct. in.l.scriptura. ff.de lega.. Item infertur quod talis donatio valebit à tempore mortis & non antē nec retrorahitur validitas eius per prædi- cta iura, nec obstat text.in.l.donationes quas parentes.C.de dona.inter vi. & vxo.vbi dispo- nitur contrarium, imō q̄ retrorahitur, ad tē- pus contractus & factæ donationis: quia de- bet in-

bet intelligi, quod ad fructus tantum: non vero quod ad ipsam donationem, rem & dominium eius secundum glo. & communis doct. ibi. requiritur tamen traditio rei ad hoc, ut donatio confirmetur, ut aperte probant praedicta iura. cuius vera & subtilis ratio potest esse: quia cum talis donatio & titulus eius sit nullius momenti, non est quid confirmabile, nisi sequeretur traditio ea verò secuta, iā est actus res, & voluntas que possit confirmari. Istā rationē colligo ex mente praedictorū iurium, & ex mente Bal. & aliorum in l. 2. C. de inoffi. dona. ex quo subtiliter deducitur & infertur, quod licet nuda traditio non causet nec transferat dominiū nec effectū, ut in l. nunquid nuda. ff. de acqui. re. domi. cum sim. tamen illud debet intelligi quod traditio est penitus nulla, & sine aliqua spe confirmatio- nis: secūs verò aliás, ut in nostro casu.

24 Item adde quod praedicta debent intelligi quando maritus donat vxori vel vxori marito de suo patrimonio & illud diminuendo: secus tamē est si unus eorum in favorem alterius, donatione vel renunciationem faceret, quae tenderet in maximū cōmodum donatarij, tamen per eam nullum dānum nec diminutionem bonorum suorum nec patrimonij incurreret donator. tex- tusest & quidē singu. & expressus in l. si spō- sus. §. si maritus. ff. de dona. inter vi. & vxo. cuius pulchra verba sunt. Si maritus hæres institutus repudiet hæreditatem donationis causa. Julianus scribit donationem valere, neque pauperior fit qui non acquirit, sed qui de patrimo- nio suo deposituit. & ibi glo. or. & cōmu. doct. Ex qua sententia & concl. infero plura bona & singularia. Primo infero, quod si maritus hæres institutus repudiauit hæreditatem ut perue- niere ad vxore quae erat successura ab intestato, valet & tenet repudiatio. Secundo infero, quod si maritus hæres institutus repudiauit hæ- ritatem ut pueniret ad vxore, vulgariter substi- tuta valet & tenet repudiatio. Tertiō infero, quod si maritus repudiauit legatum vel fidei cōmis- sum, licet in eum per legem fuerit factus dñs, ut perueniret ad vxore, ex causis praedictis valet & tenet repudiatio. Quartō infero, quod si pater remittat filio usum fructū bonorum aduentio- rum, vel tacite donec permittendo filium percipe- re fructū, valet & tenet talis remissio expressa vel tacita: quia nihil donat de proprio patrimo- nio sed renunciat. tex. est singu. & vnicus in l. cū oportet. §. sin aut. C. d. bonis quae libe. & ibi notat & cōmendat glo. or. & cōmu. doct. & re- putat singu. & vnicum Bal. Quintō infero, quod si debitor alicuius creditoris sit hæres institu-

tus, vel sibi sit delata hæreditas ab intestato, vel aliquod legatum relictum, potest licet re- pudiare etiam in fraudē creditoris, & non po- test tanq; in fraudē reuocari: quia non diminuit patrimonium, sed definit acquirere. Sextō in- fero, quod si pater vel libertus repudiet magnā hæ- reditatem vel legatum etiam in fraudē legitimē filiorum vel patroni, non poterit tanquam in officio reuocari. & in expresso est tex. in l. 1. §. vtrū. ff. si qd in frau. patro. Septimō infe- ro, quod licet donatio omnium bonorum vel ma- ioris partis facta ab eo qui carebat filiis reuo- cetur per superuenientiam eorum, ut in l. 1. sive quam. C. de reuo. dona. tamē illud debet intel- ligi quod bona propria & realiter acquisita do- nauit: secūs tamen est si bona nondum quæsita re- pudiauit, ut hæreditatem, legatum, vel fideicō- missum sibi relictū. & in terminis hoc tenet so- lus Suci. dicens esse nouū dictū in l. 1. C. de pa- etis in fine. Octauō & quidem singulariter in- fero, quod licet hodie in nostro regno bona quæ- sita constatē matrimonio diuidātur inter ma- ritū & vxo. tamen poterit vxor suā medietati lu- crorum favore mariti renūciare. & in terminis ita tenet Pala. ru. in sua repe. C. per vras. de do- na. inter vi. & vx. fo. 26. 3. col. y. si. limita primō cū sequen. vbi dicit sic fuisse, pronunciatus in Cō- filio regali. in q. de facto. Sed aduertēdū. quia contra prædictā concl. principalē & omnes il- lationes facit tex. singu. & subtilis in l. 3. §. fin. ff. de dona. inter vi. & vxo. vbi dicit tex. quod si quis volet donare Titio certā rem vel pecuniā, & Titius noluit acceptare, sed renūciauit & noluit & iussit ut daret vxori suę, non valet nec tenet donatio: quia pindē est ac si Titius acciperet & acqueret, & postea donet vxori. Sed ultra do- cto. ad illū tex. ista est vera & noua solutio & intellectus quod in primis iuribus & illationi- bus, licet maritus & prohibitus donare re- nunciauit: tamen vxor & persona prohibita recipere, non recepit ab eo, sed iure proprio & ex sua propria persona & iuris dispositio- ne: quia erat successor ab intestato, vel substi- tuta, vel alias alio titulo, vel iure vocata. Sed in dicta l. tertia. §. fina. versicu. fina. in contrariū allegato, vxor nullo iure proprio erat vocata, nec admittebatur, sed tantum fuit vo- cata & admissa de voluntate & dispositione mariti, quia expressè renunciauit donationi quae sibi fiebat & dixit & onerauit donante ut eam daret vxori, & ipse fecit quo casu ve- rē & realiter dicitur capere ab ipso marito, cum alias non haberet, nisi mediante manda- to eius.

Item etiā

Item etiam phibetur donare pater filio suo & in potestate. tex. est in. l. 2. C. de inoffi. lega. & ibi glo. or. & commu. doct. tex. in. l. cum de bonis. C. de dona. tex. in. l. cum res. eo. tit. tex. in. l. donationes quas parentes. C. de dona. inter vi. & vxo. & vtrobiq; comm. doct. & idem disponit. l. 4. &. 5. titu. n. 4. par. & lex. 4. tit. 15. 6. par. cui<sup>o</sup> ratio est: quia si talis donatio valeret, necessariò statim re adquirere patri, ratione patriæ potestatis & sibi met videre pater donare de merito non valet. istam rationem posuit glo. or. in dicta. l. 2. & ibi commu. doct. & ponit Bar. in. l. frater à fratre. ff. de condi. inde bi. pe. col. & ibi comm. moderni: ex quibus iuribus cum ratione communii. Primo infe<sup>o</sup> q

valeret donatio facta filio emācipato cum cef- set patria potestas, & probant expressè prædicta iura. Secundò infe<sup>o</sup>, q valeret donatio facta à matre. Tertiò infe<sup>o</sup>, q valeret si fiat fi- lio naturali tantum. Quartò infe<sup>o</sup>, q hodie valeret si fieret filio coniugato, cum per cōtra- etum matrimonij habeatur pro emancipato, vt in. l. 48. in. ll. Tauri. Quintò infe<sup>o</sup>, q vale- ret donatio quam filius ficeret patri vel ma- tri. Sextò infe<sup>o</sup>, q talis donatio facta filio im- potestate confirmatur morte patris donantis cum cefset patria potestas, & an hodie aliquid in hoc sit mutatum, vide. l. 17. Tauri & ibi per me dicta.

## DE SOCIETATE.

### Summarium.



- 1 *Societas quomodo celebretur, & an possit fieri in perpetuum?*
- 2 *Societas an possit fieri super omni- bus bonis vel super aliqua parte eorum.*
- 3 *Societas facta in omnibus bonis, an extendatur ad futura?*
- 4 *Societas contracta simpliciter, an extendatur ad bona quocunq; titulo quæsta?*
- 5 *An valet pactum inter socios quod lucrum dñnum inter eos in æqualiter diuidatur? Quibus modis finiatur societas.*

### Caput. V.



Vartus contra-  
etus qui consensu con-  
trahit, est societas, quan-  
do duo vel plures con-  
trahunt societatem vel  
communionem omniū  
bonorum vel partis vel  
certè negotiationis lucro & dñno inter eos  
communicato, nam talis cōtractus perficitur  
& celebratur solo consensu partium sine alia  
iuris solemnitate & est licitus & iustus ex eo  
quod lucrum & dñnum communicatur. tex.  
est in. l. 1. & per totum. ff. pro socio. tex. in. l. 1.  
& per totum. C. eo. tit. tex. in. §. 1. & per totum  
Insti. de societate. & idem disponit. l. 1. & totus

titulus. 10. 5. part. Pro cuius perfecta declaratio-  
ne quæro, an societas possit fieri in perpetuum  
vel tantum vsq; ad certum tempus, & resolu-  
tiuē dico, q potest fieri in perpetuum, hoc est  
quò ad vitam contrahentium vel vsq; ad cer-  
tum tempus vel ex tempore vel sub condicio-  
ne. tex. est in. l. 1. ff. pro socio. cuius verba sunt.  
Societas coiri potest vel iu perpetuum, id est, dū  
viuunt, vel ad tempus vel ex tempore vel sub  
conditione. Non verò potest fieri in perpetuum  
id est, sine præfinitione temporis. tex. est in. l.  
nulla. ff. pro socio. cuius verba sunt. Nulla so-  
cietas in æternum. & ibi commu. doct. cuius  
ratio potest esse, quia ex tali societate induc-  
tur quædam species seruitutis & diminutio li-  
bertatis vt non possit is liberè uti sua persona  
& suis bonis contra regulā. tex. in. l. Titio cen-  
tum. §. Titio centum. el. 2. ff. de condi. & demō-  
stra. text. in. l. nihil. ff. de libe. homi. exhiben.  
tex. in. l. nec emere. C. de iure delibe.

Item quæro, an societas possit fieri sup omni-  
bus bonis, vel tantum super aliqua parte eo-  
rum: & resolutiū dico, q bene potest fieri su-  
per omnibus bonis tam præsentib<sup>o</sup> quam fu-  
turi, vel super aliqua certa negotiacione. tex.  
est in. l. societas contrahitur. ff. pro socio. cui<sup>o</sup>  
verba sunt. Societas contrahitur siue vniuer-  
sorum bonorum siue negotiacionis alicuius,  
siue vestigialis siue etiam rei vnius. text. in. §. 1.  
Insti. de societate. & ibi cōmu. doct.

Item quæro, quando societas simpliciter fit  
super omnibus bonis an extendatur ad futu-  
ra, & videtur q non quia quando tractatur de  
magno præjudicio, vt de alienatiōe rei, & trās-  
ferendo dominium contractus vel dispositio-  
non ex

non extenditur ad futura, ut venditio, legatum, vel confisatio. tex. in. l. si ita legatum. ff. de auro & argento. lega. & ibi Bar. & commu. doct. tex. in. l. si mandauero tibi. s. i. cuius bona. ff. mandati, sed societas est huiusmodi ergo &c. sed his non obstantibus cōtractariū est dicendū, imo quod extendatur ad futura. tex. est in. l. si societatem vniuersarum fortunarū. ff. pro socio tex. in. l. si quis societatem contraxerit. eo tit. & ibi glo. or. & commu. doct. tenet etiam glo. or. di. in. l. fi. C. quae res pigno. obli. po. nec obstat prædicta iura contraria, quia procedunt quādo resultaret graue damnum & præjudicium contrahenti, secūs verò in nostro casu, quia cū societas sit reciproca & vicissitudinaria nō cēsetur fieri præjudicium partib⁹, quia lucrum & damnum debet cōmunicari. ita tenet & declarat Cin⁹, Bal. Sali. & commu. doct. in dicta. l. fi. C. quae res pigno. obli. po. tenet etiam Bart. in dict. l. si ita legatum. ff. de auro & argento. lega. 1. col. 5. oppo. cōfirmatur per tex. singu. & vnicum in suo casu in. l. de fideicommisso. C. de transacta. vbi habetur q̄ valet remissio & renuntiatio fidei commissi reciprocí etiam inter minores propter dubium euentum, adeo q̄ non habet locum restitutio ex persona alicui⁹ & ad hoc illum tex. summè notat & commēdat ibi Bal. Pau. Sali. Iaso & commu. doct. & reputat singu. & vnicum in. l. cum Archimedoram C. in posse. lega. 1. col. item etiam confirmatur per tex. singu. & vnicum in. l. fi. C. quae res pigno. obli. po. vbi habetur q̄ obligatio & hypotheca bonorum simpliciter facta, extenditur ad futura: quia in eo consyderatur modicum præiudicium & ad hoc reputat singu. & vnicum Bal. & commu. doct. ibi

Item quāro, an inter socios ex solo titulo v⁹ contraictū transeat ipso iure dominium & possessio pro suis partibus sine traditione & breuiter dico, q̄ in bonis præsentibus iam quæfatis bene transit, sed in futuris postea quærendis non. tex. est in. l. y. si. fi. cum. l. sequ. ff. pro socio. & ibi glo. or. Bart. Albe. & commu. doct. tex. in. l. si quis societatem contraxerit. eo. tit. & ibi etiam commu. doct. cuius ratio est, quia quilibet socius videtur habere & tenere bona sua nomine proprio & alterius socij, tāquam per clausulam constituti secundum doct. ibi. Sed certe ista eadem ratio etiam videbatur militare in bonis futuris, & sic hodie habem⁹ singu. l. par. quae hoc corrigit & expressè vult q̄ imo ex hac ratione dominium & possessio transeat ipso iure, p̄ sua parte in socium, etiam in bonis futuris postea quæfatis. ita disponit lex

47. tit. 28. 3. par.  
4. Item quāro, an societas simpliciter cōtracta extendatur ad bona quoconq; modo & titulo quæfita, & resolutiū dico, q̄ non tantum extenditur ad bona mobilia & immobilia & iura & actiones titulo oneroso quæfita, non verò titulo lucrativo: ex quo deducitur & infertur q̄ non extenditur ad bona quæfita per donationem, hæreditatem, legatum vel aliam speciem vltimæ voluntatis: quia ex natura societatis tacitè videtur actum q̄ illud queratur inter socios quod quærif ex opera, industria, & diligentia eorum, non verò illud quod queritur propter bene merita vel amicitiam, vel affectionem persona, cuius occasione videtur emanare causa lucrativa. text. est capitalis & expressus in. l. coiri. cum lege sequen. & se. ff. pro socio. & ibi glo. or. Bar. Albe. Bal. Sali. & commu. doctores. quod extēde etiam si societas fuit causa & occasio illius donationis, vt si propter negotia societatis vnuſ socius accessit ad principem, & sibi donauit aliqua bona, quia non communicantur. ita Barto. in. l. socium. qui in eo. s. socius. ff. pro socio. & ibi alij doctores: secūs tamen est si societas specialiter fiat hoc acto inter partes quod extendatur etiam ad bona quæfita titulo lucrativo, quia tunc bene extenderetur. text. est in. l. tertia. s. cum specialiter. ff. pro socio. & ibi glo. ordi. & communiter docto. & idem disponit lex. 9. titu. 10. 5. par. Vnum tñ est, q̄ si intersocios conuentum sit q̄ legitima & iusta hæreditas diuidatur rātū cōmunicabitur inter eos hæreditas quæ puenit ab intestato: nō verò illa quæ puenit ex testamēto. tex. est expressus in. l. 3. s. de illo. ff. pro socio. & ibi notat & commēdat glo. or. & cōm. doct. notat etiam & declarat Iaso in. l. vnicā. C. qñ non peten. par. 1. col. nu. 3. & ibi Decius. 2. col. nu. 2.

5. Itē quāro, an valeat pactū inter socios q̄ lucrū & damnū inter eos inæqualiter diuidatur & vñ ferat maiorē partem q̄ alter: in quo articulo. magistraliter & resolutiū dico, q̄ qñ patrimoniū vel capitale est æquale, nō valet prædictū pactū, sed æqualiter debet fieri diuisio: qñ verò patrimoniū vel capitale nō est æquale, bene valet prædictū pactū, imo tacitē inest ex natura cōtractū, vt p̄ rata & portione cōpetenti, fiat diuisio: qñ verò vñ ponit patrimoniū vel capitale: ali⁹ verò industriā, laborē & operam personæ, tūc valet pactū, q̄ lucrū & dānū æquāliter diuidatur, imo etiam si nihil inter partes actum sit isto casu, debet inter eos æqualiter fieri diuisio: q̄a talis industria, labor & opera vnius

vnius compensatur cum patrimonio & capita  
li alterius, imò multoties præponderat ei. tex.  
est capitalis & expressus in.l.si non fuerint. ff.  
pro socio. & ibi glo.or.Bart.Albe.& commu.  
doct.tex.in.l.societas contrahitur. y si.l.& eo.  
tit.tex.in.l.i.C.eo.titu.tex.in.5.l.& 2.Inst.i.eo.  
tit.& idem disponit.l.3.tit.10.5.par. eonfirmatur  
etiam ratione, quia societas habet in se ius  
quoddam fraternitatis, nam sicut fratres inter  
se debent habere equalitatem & concordiam,  
ita etiam socij. tex.est in.l.verum. ff.pro socio  
& ibi commu.doct.cum simi.

**E**x qua regula & doctrina primò infertur, q  
non valet pactum inter socios q fiat inter eos  
inæqualis diuisio & vnu ferat maiorem par-  
tem, lucrum vel emolumenū quād alter quā  
do patrimonium vel capitale est æquale & nō  
vitiatur vel annullatur contractus, sed pactum  
quia est contra naturam & substantiam con-  
tractus: ita probant prædicta iura, probat etiā  
tex.in.l. cum manu sata. in fine. ff.de contra-  
emptio.tex.in.l.cum precario. ff.de precario.  
& in expresso ita tenet glo.or.in.l. si non fuerit.  
ff.pro socio. & ibi cōm.doct. & tenet Azo  
in summa.C.eo.tit.2.col.nu.9.Odofre.Cinus,  
Bal.Sali.& commu.doct.in.l.i.eo.tit.

**S**ecundò infertur, q non valet pactū vt vnu  
socius habeat partem lucri: alter verò habeat  
totum damnum. text.est in.l.si non fuerit. 5.  
Aristo. ff.pro socio. & ibi glo.or. & commun.  
doct.& idem disponit.l.4.&.5.tit.10.5.part.nō  
tamen intelligas quod societas sit nulla, sed q  
pactū inæquale vitietur & ipso iure anulle.

**T**ertiò infertur, q si quis mutauit vel dedit  
alteri pecuniam, vt eam expendat & negocie-  
tur cum ea, hoc pacto & cōditione vt semper  
sit domino salua, & non sentiat aliquod dam-  
num, & si cū ea lucretur, habeat partem lucri  
tale pactum & conditio, non valet, sed est om-  
nino nulla & reprobata: quia non est licita &  
reciproca societas, sed propriæ vsura. & in ex-  
presso istam sententiam & concl.tenet Paulus  
de Cas.in.l.si is qui. 5.1.ff.commodati.vbi val-  
de commendat & dicit perpetuò ligandam di-  
gito vt in ea non erretur. & ante eū tenet Bal.  
in.l.i.C.pro socio.4.col.9.q.Sali.in auēten.ad  
hæc.C.de vsuris.4.col.14.q.glo.or.in cap.ple-  
riq;.14.q.3.& ibi doct.Abb.Panor.in cap.per  
vestras.de dona.inter vi.& vxo.2.col.nu.8.Io-  
an.Calde.in cap.nauiganti. de vsuris. Sali.vbi  
reputat notabile in.l. Mutius. ff.pro socio. 2.  
col.nu.2.sum Angelica in parte societas.3.col.

**Q**uartò infero, q si quis mutauit vel dedit  
alteri pecuniam pacto apposito vt lucrū & dā

nū cōmunicet vel nullo pacto apposito & mer-  
cator vel recipiēs dederit & soluerit ipsi credi-  
tori quolibet anno aliquā pecuniæ quātitatē  
pro lucro absq; calculo & computatione ali-  
cuius negociationis facta inter eos: q talis cre-  
ditor non iustè recipit, imò censemur vsurarius  
& in foro conscientia & etiam rigore iustitia  
tenetur soluenti restituere, quia est vsura men-  
tal is & ista sententia & concl.apertè fundatur  
ex superioribus. & probatur etiam per tex.in  
cap.consuluit.& in cap.fi.devvsuris.iuncta cō-  
muni opinione & fundatur etiam ratione: qa  
non est verisimile q creditor diu relinquere  
pecunias penes recipiētem sine spe illius pre-  
mij, cūm nemo videatur iactare suum.arg.tex  
tus in.l. cum de indebito. ff.de proba. cum si-  
milibus.item etiam quia debitor non videtur  
spontē & ex liberalitate soluere sed timore, ne  
creditor ab eo exigat pecuniam, maximē si cō-  
currat præsumptio ex qualitate personarum,  
& ita pluries dixi & cōsului, quod repto no-  
tandum & mente tenēdum. & in expresso ita  
tenet Sum. Angelica in par.societas.3.col.nu.  
7.cum sequen.& ita videtur tenere Bal.in sin-  
gulari quæstione quam ponit in.l.2.ff.de iure  
iu.36.y sic. sed iuxta præmissa queritur, vbi  
in effectu concludit q si rex vel princeps pub-  
licè promisit certam summam ultra sortē om-  
nibus sibi mutuantibus, quod est vsura. Vnū  
tamen est, q si debitor qui recepit pecuniam  
illam soluerit creditori, & insuper tunc vel ex  
interuallo aliquid plus dederit vel soluerit cre-  
ditori in pecunia vñalia qualibet re nullo pre-  
cedente pacto tacitè nec expresse de illa pecu-  
nia vel re soluēda, sed ipse debitor spontē cau-  
sa remunerationis voluit soluere, potest credi-  
tor licet & iustè eam recipere, tanq; donatio li-  
beralis & gratuita, quæ fit nulla obligatione  
cogente. & in terminis ita videtur tenere Bal.  
in.d.l.2.ff.de iure iu.36.col.vbi dicit q remune-  
ratio antidoralis est licita etiam in mutuo, si-  
cut in alio beneficio, quando fit nulla præce-  
dente obligatione tacita vel expressa. & in ex-  
presso ita reperio q tenet Pau.de Cas.quis in-  
gu.loquitur in.l.rogasti.5.si tibi. ff.si cer.peta.  
in fine.idem Pau.in.l.pen.in.fine. ff.de condi-  
ob turpe.causam. Bal.in.l.i.ff. pro socio.pen.  
col.nu.12.S.Thomas.2.2.q.78.arti.2.Ludo.Ro-  
ma.in.l.singularia. ff.si cert.peta.6.col.nu.273.  
fo.& ante eos.Ioan.An.in regul.peccatum.de  
regu.iu.in.6.in Mercurialibus.2.col.in fine.

Item quæro qualiter & quibus modis finia-  
tur societas, & breuiter & resolutiè dico, q  
primo modo finitur expressa voluntate par-  
tium

tiūtex.est in.l.4.ꝝ.i. ff. pro socio.cui<sup>9</sup> verba sunt.Dissolciamur renunciatione,morte,capi-  
tis diminutione & egestate.tex.in.l.verū. ꝫ. fi.  
eo.ti.tex.in.l.tādiu. C.eo.ti.cui<sup>9</sup> y ba sunt.Tā-  
diu societas durat,q̄diu cōfensus partīu inte-  
ger perseuerat.tex.in.ꝝ.manet.Inſti.eo.tit.cu-  
ius y ba sunt.Manet aut̄ societas eosq; donec  
in eodē cōfensu pseuerauerint,& cū aliquis re-  
nūtiauerit societati,soluitur societas.Qd̄ extē-  
de etiā si inter partes actū fuerit,q̄ societas nō  
posset diuidi ,quia tale paclū non valet tanq̄  
cōtra naturā & substantiā cōtractus ita pbat  
tex.in.l.si conuenerit.ff. pro socio.& ibi notat  
Bar.imō quod magis est sufficit volūtas pcur-  
atoris specialis vel ḡnralis. tex.est in.l.actione  
ꝝ.renūtiare.ff. pro socio.& idē disponit.l.ii.tit.  
10.5.par. Vnūtñ est q̄ talis dissolutio societa-  
tis oportet q̄ denūcietur & intimetur omnib<sup>9</sup>  
his qui cū aliquo ex socijs iure societatis pos-  
sunt cōtrahere ne alter socius inuit<sup>9</sup> obligetur  
cūcontrahentes nō fint certi,requiritur q̄ fiat  
pclama,vel ponātur edicta in locis publicis,vt  
pueniri possit in notitiā eorū & idē est quādo  
quis haberet aliquē institorē,exercitorē vel fa-  
torem pr̄positū alicui negationi vel mer-  
cantia vel haberet pcuratorē ḡnralem ad con-  
trahendū vel solutiones recipiendas à debito-  
rib<sup>9</sup> suis,vt s̄pē habēt isti mercatores diuites,  
nā si postea efficiatur suspect<sup>9</sup> & dñs velit mā-  
datū & administrationē reuocare,debet hoc  
publicē denunciare & intimare per proclaima.  
publicā vel proponēdo edicta publica,quib<sup>9</sup>  
reuocatio mādati possit pueniri in notitiā om-  
niū,vt nō cōtrahant cū eo.& consiliū est q̄ in-  
timatio & denūtiatio fiat vtroq; modo per p-  
clama.& edicta publica,& debēt poni verbis  
manifestis & loco publico & nō clādestino &  
ibidebēt permanere nec statim tolli.tex.est ca-  
pitalis & expref.in.l.sed & si pupill<sup>9</sup>. ꝫ.de quo  
palam pscriptū fuerit.ff.de institoria & ibi no-  
tat & cōmēdat glo.or. Bar.Odofre.Albe. Bal.  
Ange.Pau.Sali.Fulgo.& cōmu.doct. secūtñ  
est h̄ pcurator eslet specialis vel particularis  
ad cōtrahendū cum certa & determinata pso-  
na:quia tunc si per dñm reuocatur mandatū,  
debet reuocatio denūciari & intimari illi pso-  
na cū qua debebat cōtrahere. ita pbat tex.in  
l.vero procuratori.ꝝ.primo. ff.de solu.text.in  
l.cū quis. ꝫ.si debitorē eo.tit.tex.in.l.si cū Cor-  
nelius.eo.tit.tex.in.l.si fideiūflor. la.i. yfi.i.ff.  
mandati.tex.in.l.si mādassem.eo.tit.tex.in.l.  
si pecuniam. ꝫ.item si quis.ff.de condi.ob cau.  
tex.in.l.si procuratore. ff.de.pcu. tex.in.l.sed  
& si socius. ꝫ.primo.ff.pro socio.text.in.l.pri-

ma. ꝫ.sed ego ff.quod iussu.tex.in.l.si tamen-  
ff.ad Mace. & inexpresſo ita tenet & declarat  
Cinus in.l.mandatum. C.mādati. fi.col.& ibi  
Bal.& commu.doct. Bar.in.l qui hominem. ꝫ.  
si Titium.ff.de solu.& ibi Pau.& alij doct. idē  
Bar.in.l.non solum. ꝫ.morte.ff.noue. ope.nū.  
4.col.num.19.& ibi Roma.i.colu. Alexand.6.  
col.num.20.Iaso.& cōmu. Canonistæ in capi.  
ex parte decani.de rescrip.Imola in Cle.prima  
de renun.Ange.in.ꝝ.recte insti.mandati.& ibi  
alij docto.Iaso in.l.decem.infra isto titulo.nu.  
52.confirmatur,quia regulariter quando act<sup>9</sup>  
respicit aliquā certā personam quæ ex eo pos-  
set lēdi,illa est vocanda & citāda specialiter &  
particulariter : quando verò non dirigitur ad  
certam personam sufficit citatio generalis per  
proclama .veledicta.argu.tex.in.l.i.ꝝ.denun-  
tiari.ff.de ventre inspi. & in.l.nam ita diu<sup>9</sup>. ff.  
de adoptio.& istam regulam & doctrinā po-  
nit Bar.in.l.si eo.tempore.C.de remi.pigno.  
Addet tamē ꝫ. si post mandatum generale vel  
speciale, talis procurator mutauit conditionē  
suam in deterius, & est factus suspectus & fu-  
gitiuus, eo ipso videtur reuocatum mandatū,  
& non requiritur aliqua intimatio. tex.est sin-  
gularis in.l.Sic cum Cornelius.ff.de solu. & ibi  
notat & commendat Bar.Albe. & alij docto.  
Probat etiam tex.in.l.cum quis.eo.tit. tex.in  
l.libera.ff.de peculio.text.in.l. ꝫ s̄euus.ff.de-  
positi.tex.in.l.liberto.ꝝ. largius. ff. de annuis  
lega.text.in.l. pater hāredi.ff. detesta.tute. &  
vtrobiq; commu.doct. Secūdō,finitur morte  
alicuius socij:quia contractus societatis virtus  
& effeſlus eius nō transit ad hāredes:& in tm̄  
hoc est verū,vt pcedat etiā si sint plures socij,  
& vn<sup>9</sup> eorū moriatur, nā per mortē vni<sup>9</sup> socie-  
tas finitur quoad omnes.Item etiā in tm̄ est ve-  
rūt pcedat etiam si actum fuit vt trāſiret ad  
hāredes,quia p tale paclū impeditur libertas.

Item etiam,ne in consequentiam successio-  
nis quis efficiatur socius inuitus: lucrum ta-  
men vel damnum pr̄teritæ societatis &  
actio & obligatio eius bene transit ad hāredes  
& in coacta per defunctum,debent per eos ex-  
plicare.tex.est expressus in.l.quarta.verſicul.  
primo.ff.pro socio.tex.in.l.nemo.la.i. codem  
titu.tex.in.l.hāres socij. codem titu.text.in.l.  
verum.ꝝ. in hāredem.codem titu. item tex.in  
l.actio.ꝝ.morte.codem titu.text.in.ꝝ.soluitur.  
Insti.codem titu.& idem disponit lex decima.  
titu.decimo.5. part. Tertio modo finitur so-  
cetas, lapsu temporis, per quod fuit contra-  
cta.tex.est notabilis in.l.verum.ꝝ.fina. ff.pro  
socio. & ibi cōmuniter doct.text.in.ꝝ.manet.

**4** hodie de iure regio in contractu innominato oriatur efficax actio & obligatio ante adimplementum secutum ex aliqua parte, & cesse repetitio ex capite p[ro]penitentia vel causæ non secutæ & per consequens sit correcta ista materia, & certe est no. & quoti. articulus in quo videtur dicendum quod non oriatur actio nec obligatio, & habeat locum repetitio sicut de iure communis, & in aliquo non sit correcta ista materia primo quia lex regia ordinamenti que habet quod qualitercunq[ue] & quomodo cuq[ue] constet quod quis voluit alteri se obligare remaneat obligatus sine solemnitate verborum vel quauis alia debet intellige in contractu vel obligacione simplici non vero in contractu innominato respectu: quia in eo non potest oriiri actio vel obligatio ante adimplementum secutum ab aliqua parte sicut de iure communis cum sit correctoria, & non extendenda confirmatur: quia si omnia verba illius legis attendatur tunc procedunt & verificantur quod quod obligatur alteri presenti vel absenti & disponit quod si constet de sua voluntate re-

maneat obligatus sine solemnitate verborum vel presentia partis: ergo aperte videtur loqui in contractu vel obligacione simplici non vero respectu & per consequens relinquere materialm contractus innominati intactam, & in correctam. **Secundo** & quidem notabiliter quia de iure canonico ex solo nudo pacto sine stipulatione vel alia solemnitate oritur actio & obligatio vt in cap. i. de pactis cum materia. tamen intelligitur & procedit tantum in contraetu simplici. non vero in contractu innominato respectu quo in eo non oritur actio nec obligatio ante adimplementum sicut iure ciuili & in expresso ita tenet & declarat Bald. in l. si deuisionem. C. fami. h[ab]et. in fine idem Bal. in l. cum quis. C. de iuris & facti ignorantia. 8. col. num. 17. idem Bald. in l. siue apud acta. C. de transa. 2. col. num. 4. Iaso. in l. iurisgentium §. sed cum nulla. ff. de pactis. 2. col. nu. 7. Ange. de Are. in. §. in personam insti. de actio. pe. col. Felinus in dict. §. i. de pactis pe. col. nu. 13. Sed his non obstantibus ego teneo contrariam sententiam imo quod hodie in nostro regno oritur efficax actio & obligatio in quolibet contractu innominato per dicta legem regiam ordinamenti. primo quia considero quod virtute eius generaliter datur actio in omni pacto & promissione in qua datur consensus imo non expressus & explicitus: sed tacitus: & implicitus vt dare deducitur ex ea. Sed in contractu innominato datur consensus ergo & causa: præterea confirmatur quia de iure communis in contractu innominato respectu oritur obligatio naturalis, virtute consensus partium argumento tex. in l. i. ff. de pactis tex. in l. stichum §. naturalis. ff. de solu. tex. in l. cum amplius. §. is natura debet. ff. de regu. iu. & in specie probat tex. in l. iurisgentium §. i. & 2. ff. de pactis vbi dicit tex. quod in contractu innominato sequuta oritur obligatio ciuilis ergo antedictum oritur saltim naturalis obligatio & in expresso ita tenet gl. ord. in l. petens. C. de pactis glo. magna in fine & ibi commu. do. tenet etiam Bar. in l. cum pponas. C. de dolo & ibi commu. doct. Socinus qui no. loquitur in rub. ff. de verbo obli. 2. & 3. col. vbi dicit hoc esse magis communem opinionem. & ibi Fran. de Ripa. 2. col. nu. 4. istam etiam dicit magis comm. Phi. Detius in dict. l. petens. C. de pact. 7. col. num. 20. rursus confirmatur quia in predicta lege regia & eius dispositione non requiritur pactum nudum ex quo oriatur obligatio naturalis: sed sufficit sola voluntas & animus obligadi ut efficaciter remaneat obligatus & patet

tatet quia ex sola pollicitatione oriatur actio & obligatio ut ibi probat & in hoc excedit ius canonicum, ergo a fortiori ex pacto nudo & reciproca promissione facta in contractu innominato hodie per illam legem oriatur actio.

Secundò & principaliter facit quia considero quod de iure communis in contractu innominato apponitur stipulatio oriatur efficax actio & obligatio ante implementum secutum ab aliqua parte text. est formalis & expressus in l. ex placito. ff. de rerum permis. & ibi comm. op. doct. ex quo dicebat Bart. in l. 2. in f. C. de con. ob causam qd cum hodie de communis stilo & consuetudine notarii ponant in instrumentis quod omnia promiserunt partes per stipulationem raro vel nunquam inueniatur contractus innominatus idem dici Pau. & communis moder. in rub. de verbo. oblig. sed predicta lex regia nullam differentiam facit inter pactum nudum & stipulationem. Imo expressus disponit quod ex quolibet pacto nudo & promissione oriatur efficax actio & obligatio ac, si firma & solemnis stipulatio intercedat ergo habeo intentum. Vnum tamen est qd licet de iure communis in contractu innominato oriatur actio interposita stipulatione vel hodie de iure regio sine eavt dixi tamen actio non obstat exceptio saltim in reali executione nisi prius offerat & adimpleat ex sua parte argumentum. tex. in l. iulianus. §. offerri. ff. de actio. emp. & in l. vendor. §. fi. ff. commu. praediorum & in l. cediles etiam. §. fi. versic. ordinem. ff. de edilit. edic. & ita. tenet Bal. in l. ex placito. C. de rerum permis. Pau. de Cast. in rub. ff. de verbo. oblig. infine & ibi So. 13. col. ex quo deducitur & infertur qd licet hodie in nostro regno instrumenta guarentigia mādētur executioni & non possit contra ea opponi aliqua exceptio præter contentas in l. ordinamenti tamē potest opponi ista exceptio qd auctor nō tradidit nec adimpleuit ex sua parte & in expresso ita tenet Bal. in l. etiam. C. de execu. rei iudi. co. l. infi. num. 7. idem Bal. in l. si traditio. C. de actio. empti. 2. col. num. 3. idem Bal. in l. peremptorias. C. sen. res. non. po. idem Bal. in l. 5. de iuris & fac. igno.

Ex quib' notabiliter infero qd hodie in nostro regno in contractu innominato. non habebit locum repetitio ex capite poenitentiae vel causae nō secutae argu. tex. cum communis opinione in l. ea conditione. C. de rescin. vendi. vbi habetur qd in contractu sola conuentione perfecto & nominato non habet locum repetitio sed pars potest agere contra aliam non paren-

tem actione ex ipso contractu & remedio competenti ad obseruantiam contractus vel ad iteratione facit etiam text. in l. cum precibus. de rerum permis. tex. in l. pe. eo. ti. quibus� batur quod si in contractu innominato interponitur stipulatio: nō habet locum repetiti ex aliqua causa: sed agendum est ex ipsa stipulatione facit etiā tex. in l. labeo scribit. ff. de extra. emptio. tex. in l. fundi partes eo. tit. tex. in l. si sterilis. §. si tibi. ff. de actio. empti. & in expresso istam sententiam & con. tenet Paul. d. Cast. in l. si pecuniam. ff. de con. ob causam. col. num. 6. & ibi alii docto. præcipue Ias. 3. col. Bald. Pau. & alii docto. in l. quanuis. C. de trāfa. Iaso. in l. cum mota eo. tit. 2. col. in fine. nu 8. 8. 9. Sali. in l. sicut. C. de actio & obli. 2. col. num. 4. idem Sali. in l. pe. C. de rerum permis. Iaso. in rub. ff. de verbo. obliga. 7. col. num. 12 licet contrariū teneat Albe. in l. ex placito. C. de rerum permis. 1. col. in me. Alexā. in l. 1. ff. de pactis. pe. col. nu. 17. So. in rub. de verbo. obliga. 12. col. nu. 23. Feli. in. C. 1. de pactis. pe. col.

Aduertendum tamen qd in contractibus in nominatis solus unus habet nomine proprium & elegans. non ad hoc vt ex eo oriatur actio & oblig. sine interuentu rei & adimplemento secuto ab una parte. & non habeant locum omnia superiora. sed quo ad aliquos effectus particulares vt infra subiecta & iste est permutation. C. quando res certa consistens in specie datur ab utraq; parte nam licet includatur in contractu generali do vt des: tamen quando ab utraq; parte datur res certa dicitur permutation. tex. est in l. 1. & per totum. ff. de rei permis. tex. in l. 1. & per totum. C. eo. titu. tex. in l. naturalis. 1. ff. de præf. verbis. tex. in l. 1. 6. 5. part. & iste contractus permutationis habet maximam vim & similitudinem cu[m] cōctitu emptionis & venditionis text. est in l. 2. 1 de rerum permis. tex. in l. 1. C. eo. tit. tex. in l. 1. ff. quibus ex cau. in posse. eatur tex. in l. apud cœlsum. §. si quis autem. ff. de doli. excep. E. quo primo infertur quod sicut in contractu empt. & vend. per traditionem transit verum & proprium dominium: vel vsuapiendi conditio ita in contractu permutationis tex. est in l. 1. 5. l. cum sequentibus. ff. de publicana text. in l. sequitur. §. illo. ff. de vsuca. Secundo infertur qd sicut in contractu empt. & vend. habet locum euictio & actio redhibitoria & quanto minoris ita in contractu permutationis text. est in l. si permutationis. C. de euicti. tex. in l. scidum. §. pe. ff. de edilit. edi. Tertiò infero quo sicut in contractu emp. & vend. debetur gabi-

la:ita in contractu permutationis:ita disponit  
1.3.en el quaderno de las alcaualas quod autem  
estet de iure communi vide Bald.& doct. in.l.  
1.C.de rerum permu.

## De contractu verborum.

## Summarium.

- \* **P** Olicitatio quid sit.
- 2 Quid sit pactum nudum.
- 3 Quid sit stipulatio & an hodie  
de iure Regio Requiratur.
- 4 Diuersitas inter contrahentes An vitiet i-  
stum contractum verborum,
- 5 An interpreti declaranti linguam credatur  
sine alia prohtione.

## Caput. IX.



Vartò & princi  
paliter dixi quod contra  
ctus fit & celebraſ verbis  
& est stipulatio firma so-  
lemnis & formalis pro cu-  
ius perfecta solida & ne-  
cessaria declaratione dico  
& præsuppono quod in iure nostro aliud est  
pollicitatio aliud est pactum nudum aliud est  
stipulatio solemnis & formalis pollicitatio est  
nuda & simplex offerentis promissio non secu-  
ta acceptatione creditoris tacite nec expresse  
ut quando quis absenti promittit pecuniam  
vel rem. & talis pollicitatio nullam producat o-  
bligationem ciuilem nec naturalem nisi fieret  
ciuitati vniuersitati collegio ecclesiæ vel ho-  
spitali textus. est in. l.1. & per totum. ff. de  
pollicitationibus, ibi communi. doctores an-  
tiqui & noui tex.in cap. scimus.12.q.1. & ibi e-  
tiam comm. docto. tex.in l. sciendum. s. dictu.  
ff. de ædili. edit. tex.in l. nuda pollicitatione. C  
de contra. & cōmi. stipu. imo etiam si soluisset  
posset repetere per conditionem indebititan  
quam omni iure indebitum: vt in. l.1. & per to-  
tum. ff. & C. de condi. indebiti. item etiam ha-  
bet locum tam de iure ciuili quam canonico:  
quia nulla oritura ctio nec obligatio: ita tenet  
Abbas in cap. cum inter vniuersas de electio-  
ne si col. Feli. in. cap. 1. de pactis. 4. col. & ibi cō-  
mu. docto. Iaf. notabiliter quidem in rub. vius

tituli de verbo. obli. 3. col. nu. 6. Paclum nudū  
est duorum pluriumue in idem placitū & cō-  
sensus sine aliqua forma & solemnitate verbo  
rum ut quando quis promittit alicui præsenti  
& acceptanti expresse; vel tacitè per taciturni-  
tatem, pecuniam: vel rem tex. est in. l.1. versi. fi.  
ff. de pactis. & ibi glo. or. Bar. & commu. doct.  
tex. in. l.3. ff. de poli. cuius verba sunt. paclum  
est duorum consensus atq; conuentio. & ita  
tenet & declarat Bar. in. l.1. C. de pactis. 1. col. &  
ibi Cinus & com. alii do. Albe. in. l.1. iurisgentiū  
s. quinimo. ff. de pact. 2. col. & ibi doc. Alexā.  
in. l.1. eo. tit. fi. col. & ibi moderni Imola in ca.  
cū contingat de iureiu. 20. col. num. 31. Soci. in  
rubri. huius tituli de verb. obli. 6. colū. nu. 11. &  
ibi Iaso. 2. col. nu. 4. Rip. 6. col. nu. 21. Fran. Cur.  
in rubri. C. de pactis. 1. & 2. col. Iaso. in. l.1. eius  
dem tituli pe. col. & ista est omnium antiquo  
rū, & modernorum cois opinio: sed aduerteren  
dū q in puncto iuris mihi videtur quod ista o-  
pinio sit falsa imo dicendū sit q pollicitatio sit  
promissio quæ fit absenti & etiā præsenti ta-  
centi & expresse non consentienti: quia tunc  
est solius offerentis promissio pactū vero sit q  
do sit inter præsentes & expresse consentientes  
per verba formalia vel cōquipotentia & iste sit  
sensus prædictorum iurium confirmatur quia  
alias sequeretur quod simplex & nuda pmis-  
sio super re vel causa onerosa vel dubia obli-  
garet aduersarium præsentem & tacentem  
quod non est dicendum. Sed quod iura prædi-  
cta & materia pacti nudi, deberent intelligi &  
procedere: quando promissio fieret solum ex  
causa lucrativa & vtili præsenti & tacenti ar-  
gumento text. in. l. qui patitur. ff. mandati &  
in. regula qui tacet de regulis iuris in. 6. quod  
non est dicendum quia esset maxima restrictio  
& diuinatio ad prædicta iura, & sic resolutio-  
videtur quod pollicitatio sit illa quæ fit ab-  
senti vel præsenti & tacenti & non acceptanti  
pactū vero sit illud q fit præsenti & expresse  
acceptanti: qd alias nō est cōsensus formalis ex  
quo resultet obligatio ciuilis vel naturalis,  
& in terminis postquam sic cogitauit ut delibi-  
raui reperi Bal. sic tenetem in. l. senium. C. qui  
testa. face. po. 2. colū. nu. 4. aretinus in. l.2. ff. de  
legat. 1.2. col. hostien. in summa de pactis. 1. col.  
vers. 1. ubi formaliter dicit quod pactū est duo  
rum pluriū ve in idem dandū vel faciendū al-  
teri ab altero cōsensus verbis expressus animo  
obligādi Phi. Decius meliusq; alibi in rub. C.  
de pactis Alciat. in re. rubrucē huius tituli de  
ver. ob. 1. col. & istud pactū pcedit obligationē  
nīralē quia inuētū & productū est ē iure gerīū  
quo

quo contractus & conventiones inter homines producuntur sumpstea vero superuenit ius ciuale & approbavit, & confirmavit illud pactum quod habet in se sufficientem & praestantem causam, ratione cuius datur ei elegans & proprium nomen ut emptio, venditio, cedula, locatio, societas & similes mediatae qua approbatione oritur obligatio ciuilis & per consequens actio illud vero pactum quod non habet in se talem causam a iure inuentam & approbatam sed aliam onerosam vel lucrativam non est approbatum nec omnino reprobatum de iure ciuili set renascat in sua prima simplici & debili forma & ex eo tantum oritur obligatio naturalis non vero ciuilis nec actio. ad exigendum nisi in aliquibus casibus specialibus. tex. est in l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure. text. in l. stichus aut Pamphilum. §. naturalis. ff. de solu. tex. in l. cum amplius. §. is natura debet. ff. de regu. iu. tex. in l. iuris gentium. ff. de pacto. & vtrobiq; communiter doctores & ista obligatio naturalis operatur aliquos notabiles effectus ut compensatio impedit soluti repetitionem. item quod pro ea possit efficaciter obligari fideiussor. ite etiam pignus pro ea retineri & deniq; obligari in fero conscientiae ut late, & magistraliter concluditur indictio locis: & istud pactum efficaciter obligat & producit actionem de iure canonico ut in ca. 1. de pactis. & ibi communis oposi. & iste est verus realis & magistralis sensus huius articuli. Stipulatio solennis in qua magis est insistendum est contractus verborum quae fit & celebratur praecedente interrogatione creditoris & secuta respōsione debitoris tex est in l. i. huius tituli de verbo. obli. tex. in l. s. §. stipulatio. eo. ti. tex. in l. §. verbis. ff. de actio. & obligatio eo. tit. tex. in l. obligamus eo. tit. tex. in. §. i. insti. de verb. obli. & idem disponit. l. i. tit. ii. §. part. & licet in hac stipulatione, & contractu verborum requiratur consensus sicut in contractibus qui contrahuntur consensu & requiratur, alia solemnitas quae in aliis contractibus requiritur tamen dicitur contractus verborum propter praedictam solemnitatem principaliter in eo requisitam: ex quo primo infero quod talis contractus verborum & stipulatio non potest fieri per scripturā etiam inter presentes ut si partes nolunt intelligi a circumstantibus & una interrogat per scripturam & altera respondet per scripturam vel alio quouis modo ita probat. tex. iuncta gl. in l. titius. la. 2. ff. de constit. pecu. & ibi expresse tenet Bart. & com. docto. Bald. in ista. l. i. de verbo. obli. & communiter

etiam docto.

Secundū infero quod talis stipulatio & contractus verborum debet fieri mediante instrumento habili ad loquendum unde non sufficeret exprimere mentem & intentionem continuo. vel tuba: vel alio simili instrumento quia non sunt verba apta & congrua nec posseunt uti mediante instrumento habili ordinato à natura ad loquendum: ita probat tex. in ista. l. i. §. fi. infra isto titu. & tenet expressè Bal. in rubri. extra de præscrip. col. alius tamen contractus qui celebratur consensu bene possit fieri & celebrari tex. est singu. in l. labeo in fi. ff. de supe. legat. & probat tex. in l. si stipuler. §. fi. in fra isto titu. & ita tenet & declarat Bal. in l. falsus. C. defurtis num. 22. Vincenius Iaso. & moderni. in dict. §. fi. infra ista. l. Tertio infero qd non sufficit in hoc contractu exprimere verba per literas vel cifras in quarum significacione partes consensissent ut si prius conueniunt inter seq̄ dicendo. a. intelligatur promittis mihi centum & respondendo. 6. intelligatur promitto: quia verba non fuerunt apta ad contradictionem: ista est glos. singularis in iure in §. in hac. Insti. de verbo. obliga. in. glo. fi. quam ibi tenet & sequitur Angel. Nicola. de neapo. & commu. docto. & reputat singularem Bal. in l. i. huius tituli prope finem & reputat ibi uniuersitatem Ange. & est communis op. secundum. la. in ista. l. i. §. fi. pro qua. glo. & commu. op. facit tex. expressus in dict. §. fi. huius. l. i. ibi dum dicit tex. dum. modo ei. congruentem respondeatur. tex. in. §. in hac. versi. i. insti. eo. tit. Quarto infero quod nō sufficeret in hoc contractu verborum exprimerentem & consensum persigna illud significantia: aduerterendum tamen quod licet in hoc contractu verborum requirantur verba apta & congrua tamen non requiruntur verba propria & formalia promissionis: sed sufficiunt aequipotentia ut liquis dicat & interroget alium promittis mihi centum: vel talē rem? & alius dicat quid nival cur non? quia talicase bene valeret & teneret promissio & obligatio sicut si diceret promitto. tex. est formalis & expressus in ista. l. i. §. fi. qd ita infra isto tit. & ibi glo. or. & commu. doct. hodie tamen de iure regio nulla requiritur stipulatio in aliquo actu vel contractu. Sed indi stinete oritur actio & obligatio, expolliticatione vel quolibet nudo & simplici pacto vel ex qualibet promissione: ita disponit illa lex valde generalis & comprehensiva. 3. titu. 8. libr. 3. ord. in o non requiritur expressa & formalis promissio: sed sufficit sola voluntas & intentione

tio partis volentis se obligare ita expresse probat in quantum dicit partiendo que uno se quiso obligar a otro, quede obligado &c. Ex qua generaliter collige quod ex omnia actu vel promissione ex qua iure communi nulla oriebatur actio nec obligatio civilis nec naturalis hodie oritur vtraq; & addit, & excedit ius gentium canonicum & ciuile, quia ex eis nulla oriebatur actio & obligatio expollicitatione ut supra dictum est: tamē hodie in nostro regno, bene oritur efficax actio & obligatio per diem legē regiā. Vnū tamē est quod per hoc virtus qualitas & natura huius contractus verborum & eius materia non tollitur nec abrogatur. Sed tantum tollitur forma & solemnitas à iure, in eo requisita vnde quoad omnes a lios effectus paria sunt stipulationem interuenisse: vel hodie nuda & simplicem promissionem praecessisse. Aduertendum tamen est quod videtur à sufficienti partium enumeratione quod iste contractus verborum stipulatio & nostra lex regia nihil operetur: nec sit necessaria quia aut contractus & promissio habet causam & illa sufficit ut oriatur actio sine stipulatione & alia solemnitate. Sive rō nō habet causam contractus nō valet saltim opposita exceptione dolii ut in. l.2. §. circa. ff. de doli excep. & ibi glo. or. Bar. Albe. & commun. do. Sed notabiliter & subtiliter respondeo quod si contractus verborum stipulatio vel hodie nuda, & simplex promissio de iure regio habet causam quae de perse valet & inducit contractum proprium, & specialem & de tali causa vere & realiter constat tunc non est necessaria stipulatio nec contractus verborum nec decisio tex. indic. lege ordinari: Sed si apponatur causa sufficiens & efficax tamen de ea nō constat nec probatur, tunc requiritur stipulatio de iure communi: & sic est iste contractus verborum, vel de iure regio simplex & nuda promissio, & hoc casu proprie verificatur contractus verborum & dispositio nostrę legis regiae vnde si fiat promissio ex causa emptionis venditionis societatis, donationis, mutui, commodati, depositi contractus innominati: vel aliterius cuiuslibet contractus dato quod de tali causa non constet, valet & tenet contractus, & promissio eius & oritur efficax actio & obligatio si verò nulla causa interueniat, vel interueniat talis quae non sit sufficiens ad producendam obligationem, licet de ea constaret valerat olim mero iure per stipulationem & similiter hodie de iure regio: sed obstat etiā nisi creditor probet causam vel quod

debitor premisit scienter sine causa quia tūc videtur donare: vt in. l.2. §. circa. ff. de doli except. & ibi glo. or. & commun. do. quod perpetuo tene menti quia alibi non inuenies sic resolutum & declaratum.

Item quāero prosequendo materiam an & quando diuersitas inter contrahentes vitiet hunc contractum verborum in qua resolutio ne facio sequentes conclusiones. I. conc. diuersitas in quantitate quia praecessit interrogatio de minori summa & sequatur responsio de maiori vel econtra si praecessit interrogatio de maiori & sequatur responsio de minori semper valebit in minori. text. est in. l.1. §. si stipulanti infra isto tit. & ibi cōmu. docto. & idem disponent. l.26. tit. ii. 5. par. cuius ratio potest esse quia licet sit diuersitas in quantitate tamē vna & ea dem est obligatio virtus & substantia eius & illud quod differt secundum plus vel minus non dicitur differre in substantia & realitate vt in. l.1. ff. de fundo. instruc. vnum tamen est quod stante prædicta. l. regia crederem quod sit obligatus promissor in tota summa maiori quam promisit: quia in eo est animus obligandi & in recipiente nō potest considerari disensus confirmatur quia solemnitas quae non requiritur in actu si interueniat & minus apte nō vitiat actum text. est in. l.1. verfi. fi. C. de rei vxor. actio ergo cum hodie nulla requiratur interrogatio sequitur quod valebit responsio & promissio de maioris summa quam debitor sponte & sua voluntate fecit: quod tamen intellige in contractu lucrativo secus verō in cōtractu oneroso quia diuersitas in quantitate vitiaret contractū & nō valeret etiam in minori quia esset prejudicium creditoris tex. est qui sic debet intelligi in. l. si decem. ff. locati & ibi expresse; glo. or. Odofre. Bar. Albe. Bald. Paul. Sali. Fulgo. & cō. do. q̄ subintellige quādo in contractu oneroso praecessit interrogatio de maioris summa & sequatur responsio de minori quia non valebit in aliquo. secus tamē est quando praecessit interrogatio de minori summa & sequatur responsio de maioris quia tunc valebit in minori ita probat. tex. in dict. l. si decem iuncta communis opinione & tenet expresse Bar. in. l.1. §. si stipulatio infra isto tit. 2. oppo. & ibi Pau. de Cast. in fi. ange. l. colum. Imola secunda colum. Roman. tertia colum. & communiter moderni. Alb. in. §. si quis simpli cit eiusdem legis. 5. colum.

Secunda conclu. diuersitas in qualitate vel in tempore quia praecessit interrogatio pura & sequitur responsio conditionalis vel in diē in

vel è contraria viciatur stipulatio tex. est in.l.pri  
ma. §. si quis simpliciter infra isto titul. & ibi  
communis opinio & concordat lex. 26. titul.  
vndecimo. quinta part. & ratio est quia ex  
diuersitate qualitatis colligitur dissensus con-  
trahentium item etiā quia diuersitas in qual-  
itate inducit diuersitatem in substātia ex qui-  
bus nouiter infero quod ista senten. & cōclu-  
procederet etiam hodie stante nostrā l. ordi-  
namenti cum aperte consideretur diuersitas in  
substātia contractus & obligationis & a-  
perte colligitur dissensus contrahētiū, ita Bart.  
in dict. §. si quis simpliciter & ibi Albe. Paul.  
Iaso. & communiter alii docto. idem Bart. in. §  
si stipulanti eiusdem legis. secunda opposi.  
& ibi Paulus. & doctores. Baldus in.l. pacta  
nouissima. C. de pactis final. columna. confir-  
matur quia mutatio alicuius qualitatis sem-  
per constituit rem diuersam vt in.l. Iulianus  
§. si quis rem. ff. ad exhiben. & in.l. labeo. ff. de  
verbo. significatio. & in.l. mulier vers. i. eodem  
titul. & in.l. lucius. §. sempromiæ. ff. de legat. 3.  
aduertendum tamen quod ista sententia & cō-  
clusio benè procedit quando est diuersitas in  
qualitate tamen quando est diuersitas in tem-  
pore videtur dubium maxime si præcessit in-  
terrogatio de certo tempore & respondeatur  
de breuiori quia tunc talis diuersitas respicit  
solam dilationem solutionis non verò substā-  
tiam obligationis argumen. text. in.l. quod in  
diem. ff. de solu. tex. in.l. quod quis. ff. de actio  
& obligatio. tex. in.l. cum tempus. ff. de regu-  
lu. tex. in.l. stipulatio ista. §. inter. certam infra  
isto titul. tex. in.l. eum qui. ff. de annuis lega. &  
forte ex ista ratione licet non exprimat nec d  
claret tenet Roma. in. l.i. §. fi. isto titul. final.  
col. nu. 24. sed salua eius pace firmiter teneo  
contrarium imò q̄ talis contractus & obliga-  
tio omnino vicietur per iura & fundamenta  
superius allegata & in terminis ita probat tex.  
in. §. præterea insti de inuti. stipu. vbi. habetur  
quod si præcedat interrogatio de die certo &  
sequatur responsio & promissio pura non va-  
let nec tenet contractus & per illum tex. ita te-  
net Alexand. contra Roma. in dic. l.i. §. si quis  
simpliciter. i. col. infra. isto tit. & ibi Soci. 2. co.  
Aretinus. in. §. si stipulanti eiusdem legis idem  
Areti. in. §. fi. eiusdem legis. fi. col. Vincentius  
melius quā alibi in dict. §. si quis. simpliciter.  
2. col. neque obstat ratio contraria & eius dif-  
ficultas quia procedit & intelligit quādo dies  
vel tēpus ponitur gratia debitoris & differen-  
disolutions: secus vero si gratia creditoris q̄  
ante non potest solui tex. est in.l. in fidei comi-

fi. §. cum polidius. fi. de usuris tex. in.l. si ita re-  
ctum. §. pegasus. ff. de. lega. 2. sed in nostro ca-  
su. eo ipso q̄ stipulator interrogat de uno die  
vel tempore promissor vero respondit de alio  
etiam anteriori videtur esse dissensus partium  
quia intentio creditoris stipulantis aperte col-  
ligitur quod nō vult solutionem ante sibi fieri  
& per consequens dies vel tempus respicere  
fauorem suum ex quo infertur quod regula  
qua habet quod debitor in diem potest ante  
diem vel tempus soluere etiam inuito credito  
re vel debitum deponere & consignare vt dein  
ceps pereat periculo creditoris vt iuribus su-  
praallega. debet intelligi quando gratia debi-  
toris apponitur: secus vero, si gratia creditoris  
vt in nostro casu. colligitur & presumitur quā  
do præcessit diuersitas interrogatiōis & res-  
pōsitionis & est subtilis cōsideratio ex q̄bus sin-  
gularia infero quod ista sent. & conclu. proce-  
deret etiam hodie stante lege ord. quia diuer-  
sitas qualitatis vel temporis viciaret contractū  
& obligationem quia licet non requiratur ali-  
qua stipulatio: sed sufficiat quilibet simplex,  
& nuda promissio debitoris, tamē quandopq̄  
cessit interrogatio creditoris cum certa qualita-  
te vel tempore & sequatur responsio diuersa  
debitoris viciaretur contractus & obligat, cū  
ibi colligatur dissensus partium.

Tertia conclu. quādo est diuersitas in re q̄a  
præcedit interrogatio de vna re & sequitur re-  
sponsio de alia tuc semper viciatur cōtractus  
& obligatio quia ibi est omnino dissensus par-  
tium. tex. est in.l. inter stipulantes. §. i. j. hoc. ti.  
tex. in.l. continuus. §. i. eo. ti. tex. in. §. si de alia.  
insti. de inuti. stipu. tex. in.l. 23. tit. n. 5. partit. &  
ista con. procederet hodie de iure regio. stāte  
lex. ordi. p. rationes superiores assignatas in. 2.  
con. quia nō datur isto casu cōsensus partiū.

Quarta conclusio si præcedat interrogatio  
de pluribus rebus & sequatur respoſio de vna  
tantum contractus & eius obligatio valet in  
ea tantum quia in ea datur cōsensus partium  
item etiam quia tot sunt contractus quot res  
in eo deducunt ergo dato q̄ non valeat in aliis.  
valeat tamen in ea qua partes concordant &  
eius contractus nō vicietur text. est in.l. inter  
stipulantem. §. si stipulante versic. fi. infra isto  
titu. tex. in.l. quod dicitur eo. tit. text. in.l. scire  
debemus eo titu. & idem est econtra si præce-  
dat interrogatio de vna re & sequatur respon-  
sio de ea & aliis valet tantum in ea de qua præ-  
cessit interrogatio quia in ea sola datur & con-  
sideratur solemnitas requisita in cōtractutex.  
est in.l. i. §. sed si. mihi pamphiliu. infra isto titu.

## Tomi.II.Cap.X.

& ibiglo.or.& commu. doct. crederem tamē quōd hodie isto casu bene valeret promissio debitoris in omnibus rebus per eum promis-sis per dicta.l. ordinamen. quia n aliis rebus, i-deo non valet: quia deficit stipulatio forma, & solemnitas eius non verò ex defectu cōsen-fus: sed hodie stante p̄dī.l. talis stipulatio non requiritur: sed tātum voluntas, & consen-fus ergo valeat, & teneat in omnibus.

Quinta con. quando p̄cedit interrogatio alternatiua de tali, aut tali re, & sequitur respō-sio de vna sola, vel ē: ontra, si p̄cedit interro-gatio pura, & simplex de vna re, & sequitur responsio alternatiua de ea aut de alia vici-a-tur stipulatio, & promissio in omnibus, & nō valet in aliqua. textus est in.l.inter stipulantē. q. si stipulante infra isto titulo. ibi gloss. ordi. & commun. docto. cuius ratio est quia his ca-sibus maxima est diuersitas in qualitate con-tractus cum alia longe diuersa sit stipulatio pura quam alternatiua in forma substantia, & effectū: & per consequens non concurrit con-sensus partium: vt in. l. plerunq; q. final. ff. de iure doti & in.l. eum qui certarum. q. fin. infra isto titulo. & in.l.vbi autem non appetet. q. qui illud aut illud eodem titulo. & in.l. illud aut illud. ff. da constitut. pecul. & in.l. quod te mihi. ff. si cert. petat. & in.l. stichum aut pam-philum. ff. de solu. & in.l. non vtiq; ff. de eo p̄ certo loco. & in.l. si in emptione. q. final. ff. de contra. emptio. & in.l. cum is. ff. de con. inde. & in.q. huic auten. insti. de actio. ex qua ratio-ne infero quod etiam hodie procederet ista conclu. stante legeregia ordi. quia aperte da-tur disensus partium

Sexta con. si p̄cedat interrogatio de vna re, & sequatur responsio de alia penitus diuer-sa, & diuersitas in continentia placeat creditori valet contractus & p̄missio tex. est in.l.i. q. si q. sim-pliciter infra isto titul. & ibi commu. doct. & idem disponit lex. 26. titu. n. 5. part. cuius ra-tio est quia licet talis casu non p̄cedat interro-gatio de ea rede qua responsum est tamē secu-ta complacentia interrogantis in continentia videtur interuenire quādam noua stipulatio fictione juris in qua singitur talem interrogatiō-nem p̄cessisse qualis est responsio. ita p̄ bat ibi tex. & commun. docto.

Septima con. si p̄cedat interrogatio cuiu-sibet rei vel quantitatis, vel formæ, vel qualita-tis, & sequatur responsio simplex, & absolu-ta valet, & tenet contractus & obligatio quia respon-sio, & promissio cōficitur facta de omni-bus cōtentis in interrogatione tex. est in. q. pr̄

terea insti. de inuti. slipu. & ibi notat & cōne-dat glo. or. faber Ange. nicho. Platea & cō. do. & per illum text. ita tenet Bart. in.l.i. q. si quis sim-pliciter infra isto titu. i. col. & oppo. Albe. fi. oppo. & ibi com. moderni.

Octaua. con. quando est diuersitas tantum in sono vocis nō verò in substantia, vel effectū vt si p̄cedat interrogatio de centum aureis & sequatur responsio de florenis, vel pecunijis aureis alterius generis, eiusdem tamen quan-titatis. valet, & tenet contractus & obligatio, & non viciatur: quia materia est eadem. s. au-reā: licet forma monete, sit diuersa, & sic non videtur esse diuersitas in tali contractu, vel re ita probat tex. singu. in iure in.l. quā extrinse-cus infra isto titu. cuius verba sunt nam stipu-lanti denarios eiusdem quantitatis aureos spondendo obligaueris, & ad hoc notat & cō-mendat ibi Bar. Ange. & com. doc. cuius ratio etiam est quia in numis non consideratur affe-ctio: sed valor & effectus: vt in.l. numis. ff. dein item iuran. si vero interrogatio fiat devna materia: vt si quis dicat promittis mihi centum aureos, vel florenos & debitor respondeat de alia & promittat valorem eorum in alia diuer-sa moneta argentea ærea vel alterius monete, vel pecunia. est pulchrum dubium an valeat vel non & videtur quod nullo modo valeat quia est diuersitas in materia, & substantia ar-gu. tex. in.l.i. q. si quis sim-pliciter infra isto tit. & in. q. si de alia Insti. de inuti: stipula. & in expreſſo ita tenet Bart. in dicta.l. quā extrinse-cus infra isto tit. in fine & ibi Albe. Bald. Paul. & commun. n. 5. idem Bart. in.l.i. q. si. infra eo. & ibi etiam commun. doct. sed saluacor-rum pace ego teneo contrariū imo q. indistin-cte cogatur creditor recipere in qualibet mo-neta etiam diuersa materiæ & formæ nisi pro-bet se damnum passurum & per consequens valeat & teneat talis contractus promissio & obligatio, per text. in.l. Paulus la prima. ff. de solu. ita ex p̄dicta ratione quia in numis nō con sideretur affectio vnum tamen est quōd si sequatur responsio de materiali pecunia me-liori valet promissio: vt si p̄cedat interro-gatio de pecunia argentea & sequatur de aurea quia tunc non censetur diuersa cum compara-tiūm p̄supponat positiūm: vt in.l.vbi au-tem infra isto titul. ita solus imola in dicta.l. Paulus de solut. sed secundum meam opinio. indistincte valet promissio & omnia rema-nent plana.

Nona cō. diuersitas inter interrogatē & respō-dentem in modo loquendi viciat stipulationē

&

& contractum verborum quando modus loquendi non est aptus & congruus à naturali cet interueniat cōsensus partium, vt si partes volunt contrahere stipulationem & contractum verborum. & nolūt intelligi à testibus. vel circumstantibus & conueniunt inter se q̄ dicendo à intelligatur promittis & dicēdo.b. intelligatur promitto, vel per similes cifras nā talis stipulatio, & obligatio est ipso iure nulla quia verba non fuerunt apta ad contrahendū & præcedens conuentio non fuit stipulatio, nec contractus verborum vt in.l.i.& quasi per totum infra isto tit. & in terminis ista est glo. singularis, & vnicam in.§.in hac. insti. de verbo. obligatio. in glo. fin. quam ibi adhoc notat & commendat Ange. nicho. de nea. & commun. docto. & adhoc eam reputat singu. Bal. in ista l. prima in fine & reputat vnicam Ange. dicit etiam singularem in iure imola in.§. si quis: ita infra ista lege, & ista est commun. opinio. secū dum Iaso. in.§. fin. infra ista lege prima colū. num. tertio: hodie tamen attenta prædicta legē nostra ordi. teneo pro constanti quod talis promissio & obligatio valeret & teneret quia non consideratur nec requiritur aliqua forma, & solemnitas verborum: sed tantū voluntas & consensus partium decima. & notanda conclusio est quod si præcedat interrogatio in vna lingua, vel idiomate, & sequatur responso in alia penitus diuersa quia forte contrahentes sunt diuersę nationis valet & obligat. textus est in ista. l. prima. §. final. & ibi notat & commendat glo. ordinaria Bart. & commun. docto. text. in.§. in hac versi. vtrum inst. eodem titul. & idem est in alio actu quia similiter testamentum potest fieri in qualibet lingua text. est in. l. qui testamentum. §. final. ff. de testa. tex. in. l. hac consultissima. §. fin. C. de testa. Itē fideiussio potest fieri in qualibet lingua text. est in. l. grecæ. ff. de fideiu. text. in.§. penul. insti. eodem titul. modo principalis se obligavit eadem lingua modo diuersa. Itē tutela vel cura potest dari & discerni qualibet lingua text. est in. l. final. C. de testa. tute. item acceptilatio nouatio, & quilibet distractus potest fieri in qualibet lingua text. est in. l. inutilis. §. final. ff. de accepti. Item libertaspoteſt dari qualibet lingua tex. est in. l. directas. C. de testamen. man. item sententia potest ferri qualibet lingua text. est in. l. iudices. C. de sentent. & interlocuto. omni. iudi. imo magis est omnes prædicti actus & contractus sp̄s possunt fieri sub diuersis linguis simul iunctis. & sic pars in vna lingua & pars in alia: ita pulchre Bald.

in dict. l. iudices & patet secundum, eum in patione domini nostri in titul. apposito in cruce s. Iesu nazarenus rex iudeorum qui fuit scriptus grecæ hebraicæ & latine: adde tamen q̄ prædicti actus, & contractus, & omnes alii cælebrati in qualibet lingua valent & obligant quando partes eam intelligunt, vel quando per interpretem est declarata. text. est singulatis, & vnicus in. §. final. infra ista lege & adhoc notat & commendat ibi Bart. & communiter docto. & reputat & vnicum Bal. in. l. directas. C. de testa. manu. idem Baldus in. l. iudices. C. de senten. & inter. omni. iudi. idem Bald. in capit. causam matrimonij deprobat reputat etiā vnicum Iaso. in dict. §. final. secunda columnā & Vincentius. 9. columnā & Felinus in capit. veniens el primo de testi. penult. colum. num. 19. vnum tamen est quod edictum generale q̄ proponitur in aliquo loco publico, vt veniat in notitiam omnium quo ad aliquem effe&tū debet proponi lingua, & verbis quæ cōmuni- ter magis versantur in illo loco vnde si in nostro regno proponatur aliquod edictum in ciuilibus vel criminalibus in aliquo loco vbi fiunt nundine & contractationes & congregantur gentes vel generaliter proponatur in qua libet parte vt omnibus pate fiat proponi verbis quæ in tali loco magis communiter versantur, & sic in nostro regno verbis vulgaribus nostris & nocebit omnibus exterē nationis q̄a tenebantur inquirere sermonem regionis vbi contrahunt & si alio idiomate lingua, vel verbis proponeretur nulli noceret qui aposset quis excusari ignoratiā literarum: ita probat textus singularis in iure in. l. sed & si pupillus §. i. ff. de institoria, & ibi notat & commendat docto. & adhoc considerat Albe. in. §. fi. infra ista lege secunda colum. & ibi Areti. i. colum. & tale edictum generale debet proponi in loco magis publico vt platea foro vel ecclesia. item non valde alto nec infirmo sed medio. Item no debet statim tolli postquā sitpositū sed ibi perpetuo dimitti ita probat. tex. in dicto vericulo literis & ibi nota & commendat Albe. Bald. Paulus & communiter doctores. Aduertendum tamen est quod prædicta debent intelligi isto modo quod in auctibus, vel contractibus in quibus interueniat interpres ad declarationem lingue vel idiomatis, si posse a inter partes vertatur aliquod dubium super hoc anficerit vel nō, talis interpres de ponet coram iudice cum iuramento qualiter declarauit partibus tempore actus vel contractus, linquam idioma, vel illa verba dubia de quibus

quæritur. Sed pulchrum dubium est ansoli in terpsi credendum sit sine alia probatione, vel adminiculo, & videtur quod non quia vni testi non est credendum etiam si præclaræ præ fulgeat dignitate tex. est in l. iuris iurandi in fine. C. de testibus. text. in capitul. licet vniuersis de testibus cum simi. Sed resolutiue dico q̄ si talis interpres fuit assumptus de voluntate partium & de hoc constat confessione earum vel alia probatione: vel indicii soli interpreti creditur & eius declarationi est standū iia probat text. singul. in l. Theopompos. ff. de dote præl. text. in l. fin. C. de fidei commiss. text. in dict. l. prima. §. fin. infra isto titu. in quantum loquitur in singulari, & nullum aliud genus probationis requirit & ita videtur tenere Bart. ibi secunda oppositio. & communiter moderni, si vero nō fuit assumptus de voluntate partium vel de hoc non possit constare tunc aut solus ille interpres reperitur in ciuitate, vel loco, & non aliis, & illi soli creditur & facit plenam fidem, & probationem, aut plures reperiuntur, & requiruntur duo, & vni non datur tunc plena fides: ita probat text. in autent. de non alienand. aut permutan. re. eccles. §. quod autem. colla. secunda ibi dum dicit duobus per tempora primatis mechanici &c. & iterum dum dicit aut etiam vno, si vnum solum ciuitas habeat vbi disponit, quod pro estimanda aliqua re, & valore eius debet adhiberi duo periti in arte, si reperi possunt alias sufficit vnustantum probat etiam text. in l. semel. C. de mil. li. 12. & ibi commun. docto. & ita etiam videtur tenere Bart. in dict. l. 1. §. fi. infra isto titulo. prima columna. quarta & ibi alii docto. Bald. in l. directas. C. de testamen. manu. idem Bald. in capitul. penultimo. de proba. secunda column. idem Baldus in l. iudices. C. de sentē. & inter. om. iu. Bart. & communiter doctores in l. mutum. ff. de acquirend. hæredita. idem Barto. i. constitu. digestorum. fi. colum. idem Bart. in l. 1. ff. de ven. inspi. idem Bar. in l. comparationes. C. de fide. instrumen. & ibi comu. doct. canonistæ in cap. proposuisti de proba. quod reputo notabile in practica & ex superioribus colligo & infero notabilem doctrinam & genericam conclusionem quod si in aliqua lite vel causa vertatur dubium super eo quod consistit in peritia scientia vel arte committitur peritis in illa arte. & statur eorum dicto testimonio, & declarationi secundū prædictā distinctionem ex quo primo in specie infero, q̄ si vertatur dubium super infirmitate vulnera vel cicatrice alicuius personæ debet per iudicē

cōmitti medicis & cirugicis, & peritis in illa arte, & terminis: ita probat tex. singu. in l. semel C. de re militari libr. 12. vbi habetur q̄ quando dubitatur an miles, sit sanus, vel infirmus: ut sic debeat excusari, vel dimitti à militia, vel nō committitur prædictis personis, & statur eorū dicto, & ad hoc illum tex. notat, & commēdat glo. or. Bart. Odofr. Lucas de poena. Platea. & cō. doc. & reputat singu. imola in capi. propo- suisti de proba. probat etiam tex. melior de iure in capi. significasti el. 2. de homicidio cuius verba sunt: vt peritorū iudicio medicorum talis percussio assereretur non fuisse letalis, & ibi adhoc notat & cōmendat hostien. 2. colū. Ioan. An. 2. col. Anto. Car. Abbas Anch. & cō. doc. Bald. & com. moderni in l. fi ab hostibus §. 1. ff. soluto. matri. de quo articulo magistrali ter dixi in materia delictorū in delicto homicidi. Secundò infero q̄ qn̄ vertitur dubiū an aliquā mulier sit pregnās, vel nō, vel aliqua puella sit corrupta, vel nō cōmittitur iudicio obſtetri cū & earū testimonio dat. fides text. est. in l. 1. ff. de vētre. inspi. tex. in c. pposuisti & in c. pe. de prob. tex. in c. fraternitatis. d̄ frigi. & male. tex. in c. fi. eo. tit. tex. in c. nec aliqua. 27. q. 1. & vtrobiq; com. doct. Tertio infero q̄ qn̄ vertit dubiū super actiōe redhibitoria, vel quāto minoris an aliquā aīal sit morbosum, vel nō debet cōmitti officialib⁹ & veteranis, & sic peritis in illa arte. Quartò infero q̄ si vertatur dubiū super valorem, & extimatione alicuius edificij debet cōmitti mechanici architec̄tis fabris, & aliis officialibus peritis in illa arte: ita probat text. in auten. de non alienan. aut permū. rebuse cœlesia. §. quod autē dictum est colla. 2. & ibi cōmu. doct. Quinto infero q̄ qn̄ vertatur dubiū super valorem & extimatione alicuius rei mobilis cōmittitur officialibus & psonis quę verisimiliter de eo possunt scire, & cognoscere, & p̄ciūd̄clarare tex. est in l. hac dictati. §. his illud versi. mobilium. C. de secun. nup. & ibi cōmu. doct. Sexto infero quod quando vertitur dubiū super literis alicuius scripture, & debeat fieri comparatio literarum ad aliquę effe- ctum cōmittitur peritis tabellionibus, vel scrip- toribus, vt deponant, & declararent circa similitudinem literarū tex. est capitalis, & expressus in l. comparationes versi. oēs. C. de fide instru. & ibi glo. or. & cō. doct. Septimo infero q̄ qn̄ vertitur questio, vel dubiū super cōfinibus alicuius fundi committit debet agrimenforibus: vt per declarationē eorū determinetur. tex. est nota in l. fi irruptione. §. ad officiū. ff. finium regun. text. in l. 3. eo. titu. tex. in cap. quia indi-

cante de præscript. tex. in l. i. & per totum. si. si  
mensor falsum modum dixerit. & utroque  
comun. docto. Octauo infero quod quando  
vertatur lis vel quæstio super auro argento.  
moneta: vel aliquo metalo debet recurrir ad  
clarionem alicuius officialis periti in illa ar-  
te. generaliter & finaliter dico quod quando  
veritur dubium super aliqua refacto: vel ne-  
gotio debet committi officialibus peritis in eo  
argumento supra dictorum iurium & in ex-  
presso istam practicam & doctrinā An tenet  
in l. arbitrio. ff. qui satis. cogan. fin. colum. &  
ibi communis schola doctorum.

## DE INDIVIDVIS.

## Summarium.



*V*ando res dicatur diuidua, vel  
indiuidua materialiter vel se-  
cundum naturam.

*Q*uando res dicatur diuidua vel  
indiuidua secundum iuris dispositionem

*C*ontractus, in quo interuenit res quæ pon-  
dere nu. vel mensura cōsistit an sit diuidua.  
vel indiuidua.

*S*i in contractu continetur res mere diuidua  
quæ pondere num. vel mensura cōsistit qui  
libet hæres tenetur pro parte taliter quod e-  
tiam si aliquis eorum efficiatur nō soluendo  
alii cohæredes non tenentur pro eo soluere.

*S*i pars pecunie debitæ soluatur creditori.  
*A*n valeat solutio

*A*n creditor posse petere à debitore partem  
debiti.

*S*i in contractu interueniat res certa &  
determinata, *A*n contractus sit omni respectu  
diuidua.

- 8 *S*i in contractu interuenit res particularis  
in genere an sit omni respectu diuidua.
- 9 *S*i pars debiti soluat in pendentia est obliga-  
tio donec torum soluatur quando dabitum  
procedit ex contractu indiuiduo.
- 10 *S*i hæredes promissoris discordant in solutio-  
ne ne quomodo reducentur ad concordiam.
- 11 *S*i hæredes debitoris obligationis generi-  
ce, nō concordent gñaliter unus possit agere  
contra alium.
- 12 *C*ontractus Alternatiuus *A*n sit Deuidua  
vel indiuidua.
- 13 *S*i plures sint domini unius serui qui dedit  
damnum, vel noxam quilibet dominorum te-  
netur in solidum.
- 14 *A*ctio de aqua pluvia arcenda datur contra  
eum qui fecit damnum.
- 15 *S*eruitus, vel res in corporalis an sit diuidua  
vel indiuidua.
- 16 *A*n seruitus promissa possit diuidi inter hæ-  
redes ad hoc, vt teneat in solidū: vel por parte
- 17 *Q*ilibet hæres creditoris cui fuit promissa  
seruitus potest agere ad seruitutem in solidū.
- 18 *V*sus fructus an sit diuidua, vel indiuidua
- 19 *S*eruitus vsus an sit diuidua, vel indiuidua
- 20 *O*bligatio alimentorum an sit diuidua, vel  
indiuidua.
- 21 *S*i in obligatione continetur factum anta-  
lis contractus sit diuidua, vel indiuidua.
- 22 *A*n ille qui tenetur ad factum præcise com-  
pellatur facere.
- 23 *A*n posse quis promittere factum alienum  
& si promissum sit cum iuramento an Valeat.
- 24 *A*n Valeat pactum mariti quando promit-  
tit habitare in perpetuum cū uxore in talloco.
- 25 *F*actum an sit diuiduum, vel non

## C A P V T . X.



tem principali-  
 ter quero q̄ cōtractus dicā  
 t, diuidui, vel nō quē cer-  
 te est materia subtilissima  
 & de apicib⁹ iuris, in qua  
 dicunt doctores atqui-  
 quos referunt moderni in.l.4.§. cato infra isto  
 titu. quod omnes alias mirum in modum  
 excedit, & quod in eius intelligentia non mi-  
 nus palpitauerūt quam hercules inlerneo cō-  
 flictu dixit etiam cinis in auten. hoc ita. C. de  
 duobus reis. i. col. in fine: quod est arduum &  
 profundum pelagus. dicit Pau. de Cast. in.l. si  
 feruus in indicio. §. si plurium. ff. si quis cau. 3.  
 col. idem Pau. in.l. stipulationes non diuidun-  
 tur quarta col. Iaso. Ripa & moderni in.l.2. §.  
 & harum & in dict. l.4. §. cato & in dict. l. stipu-  
 lationes non diuiduntur infra isto titu. quod  
 est subtilissima & de apicibus iuris tandem di-  
 cit glo. ord. in.l.3. eiusdem tituli miranda noui-  
 tas subtilitas quis eam ruminabit in qua ego  
 maximo labore, & studio per viam sum mē, &  
 resolutionis ex mente omnium iurium & do-  
 storum de ista materia loquentium compen-  
 dium, & lucidam veritatem proponere volui,  
 & in primis pro capitali fundamēto magistra  
 liter dico quod aliquando res dicitur diuidua  
 vel individua materialiter: vel secundum natu-  
 ram, & tunc dicendum est quod regulariter  
 quilibet res de mundo potest dici diuidua cū  
 naturaliter possit per partes diuidi, & harum  
 aliquando subiectum substantia & effectus e-  
 ius non corruptitur vt si diuidatur fundus:  
 vel similis res immobilis text. est in.l. gaius. §.  
 titius. ff. de lega. 2. quem ibi adhoc notat Bart.  
 Bald. Pau. Imola, & commun. docto. & reputat singul. & vnicum Albe. illum etiam adhoc  
 notat & commendat glo. or. in.l. iubemus la. 2  
 C. de sacro. eccl. probat etiam text. in.l. locus  
 in medio. ff. de verbo. significatione. text. in.l.  
 quod in rerum. §. si quis post in fine. ff. de leg.  
 primo lex. in.l. plane la. 1. §. final. eodem titul.  
 tex. in.l. si quis duas. §. penul. ff. commun. prę.  
 text. in.l. quarta. §. fin. ff. finium regun. simili-  
 tate tiam naturaliter potest diuidi quilibet a-  
 lia rescuius diuisione subiectum eius corrum-  
 pitur. vt si diuida homo equ⁹ vel aliud quod  
 libet animal: vt patet ad oculū & sensum nec  
 oportet alegare aliqua iura de hoc quia vt di-

cit Aristo. querere legem vbi est ratio natura-  
 lis est infirmitas intellectus: sed vt etiam iure  
 probetur. tex. est in capi. afferte de präsump.  
 text. in.l. an dainnum. ff. de pœnista textus in.l.  
 capitalium eodem titulo & istam regulam &  
 doctrinam licet: sic non declaratam ponit bar.  
 in.l. stipulationes non diuiduntur infra isto ti-  
 tu. septima columnā num. 18. & ibi Ange. se-  
 cunda columnā Paul. tertia columnā & com-  
 muniter moderni Iaso. in.i. secunda. §. & harū  
 infra eodem titu. prima columnā num. secun-  
 do Ripa. in.l. quarta. §. cato eodem titul. pri-  
 ma columnā num. secundo & de ista diuisio-  
 ne naturali non loquirur materia nostra nec  
 est in præsenti habendus sermo.

Aliquando verò contractus obligatio & ef-  
 fectus eius dicitur diuiduus: vel individuus se-  
 cundum iuris dispositionem sive ordinationē  
 & ista est proprie materia nostra in qua pro-  
 pono regulam generalem quod contractus ac-  
tus, vel obligatio dicitur diuiduus, vel indivi-  
duus secundum naturam rei in eo deducē: ita  
 probat tex. in.l. stipulationes non diuiduntur  
13 Ex quibus infertur q̄ in actione noxali, si plures sunt domini alicuius serui qui dedit dānum vel noxam vel plures sunt hæredes domini ipsius serui quilibet dominorum vel hæredum, tenetur in solidum: vnde si vnuſ eorum conueniatur actione noxali, tenetur aut soluerē estimationem seu interesse totius damni v̄ dare totum seruum pro noxa, nec sufficiet dare partem suam quam habet in seruo. tex. est in l. si seruus communis. ff. de noxa. cuius verba sunt. Si seruus communis furtum fecerit, quiuis ex dominis insolidum noxali iudicio tenetur, eo q̄ iure vitimur, sed non aliās poterit quiconuentus est euadere litis estimationem nisi in solidum noxæ dederit seruū. & ibi notat Odofre. Albe. Bal. Flori. & commu. docto. tex. in l. si cum vno. ff. si ex noxa. cau. aga. & ibi Bar. Albe. Pau. Alex. & doct. tex. in l. hæredes. §. si vnuſ. ff. fami. herſ. & idem est in actione noxali, quando animal fecit damnum. tex. in l. i. §. si commune. ff. si qua paupe. fe. dica. & ibi notant doct. & ratio vera est: quia quando agitur actione noxali quātitas seu estimatione damni est in obligatione datio pro noxa est in solutione, vt in l. miles. §. decem. ff. de re iudicata. ideo vnuſ ex dominis vel hæredib⁹ nō potest soluere pro parte: quia si vnuſ solueret pro parte quantitate: alter fortè vellet soluere partem quam habet in seruo pro noxa, & sic actor consequeretur debitum suum in diuersis rebus & deueniretur ad inconueniens. tex. in dict. l. in executione. §. pro parte. ista declarationem ad predicta iura ponit Bar. in l. si cōmunes. §. de nego. ges. & ibi commu. doct. idē Bart. in l. supra iter. §. officiū. ff. de aqua. plu. arcen. ibi Imola & commu. doct. Florianus in l. hæredes. §. si vnuſ. ff. fami. herſ. & in dicta. l. i. §. si commune. ff. si qua. pau. fe. di. secūs tamen est ē contra, quando plures sunt domini serui vel animalis quod passus est dānum, vel sunt hæredes domini eius: quia tunc licet quilibet possit agere, tamen nō consequentur nisi suā partem in estimatione vel totum seruum pro noxa, si dominus elegerit eum dare noxa. tex. est no. in l. si seruus seruū. §. item si seruus communis. ff. ad l. aqui. & ibi Bart. Albe. Florian⁹. & alij doctores.

Item adde q̄ secūs est in actione de aqua plu

via arcenda quæ datur cōtra eum qui fecit in solo suo opus per quod aqua mihi nocet vt opus factum tollat & damnū sarciat: nam si solum vel fundus in quo opus factum est, erat duorum vel plurium dñorum, quilibet tenetā tūm pro sua parte damnum datum & interesse non restituti operis soluere. tex. est in l. supra iter. §. officium. ff. de aqua plu. ar. & ratio viua est, quia ibi nō possumus deuenire ad inconueniens. tex. est in d. l. in executione. §. pro parte. de verbo. obli. quia consydero q̄ respectu damni dati cessat illud inconueniens, cum alter socius & dominus aliam partem damni debet præstare respectu etiā operis distruendi similiter cessat illud inconueniens: quia ille dominus contra quem actum est si vellet op̄ tollere totum & in solidum debet tollere & destruere, & non potest pro parte, vt in eadem l. supra iter. §. Caslius. ff. de aqua plu. ar. Sive rō velit soluere interesse seu estimationē operis non restituti, tunc non consequeretur ab alio domino vel cohærede, nisi aliam partem in teresse vel estimationis. Et si subtiliter dicas q̄ forte ille alter vellet eligere destruere opus respondeo q̄ tunc teneretur destruere totum opus in solidum & sibi imputetur cum elegit opus tollere, & sic nullo casu venimus ad inconueniens. tex. est in l. in executione. §. pro part. istam solu. & declaratio. ponit solus Cumā. in dict. l. supra iter. §. officium. ff. de aqua plu. ar. & ante eum voluit ibi Imola. Sed attende q̄ ista solu. non potest esse vera: quia in actione de aqua plu. ar. præcisē cogitur quis opus tollere, vt in dict. l. supra iter. §. Trebatius. vnde tu dic q̄ vera solutio est q̄ in illa actione non potest resultare prædictum inconueniens quia si actor egit ad ipsum factum hoc est op̄ restituti quilibet tenetur in solidum & præcisē facere & destruere. Si vero egit ad interesse ppter factum non restitutum, tunc quilibet tenetur pro parte ad illud interesse: vnde si partem consequatur ab vno aliam postea consequetur ab alio. ita Bar. in dict. §. officium. & ibi Albe. post antiquos: & si replices q̄ adhuc nō cessat prædictum inconueniens: quia alter secundus posset conueniri præcisē ad factum & sic opus non restitutum, quia licet Bar. & docto. hoc non tangant tamen ego dico q̄ actor postq̄ primō egit contra primum ad interesse videtur dividere actionem quō ad omnes & velle vt fiat sibi solutio in interesse seu estimatione. argu. tex. in l. si creditores. C. de pactis. & ita potest intelligi tex. in dicta. l. supra iter. §. officium. de aqua plu. ar. Nec obstat etiam quod

quod in cautione damni infecti peritio sit me re indiuidua, quia si plures sunt domini domus ruinæ, non tenentur cauere in solidum sed tantum pro parte, & si quis eorum non caueat tantum pro sua parte fit missio. tex. est in. l. pratorū officium. §. si plures. ff. de damno infect. tex. in. l. plures. §. si. contra. eo. tit. tex. in. l. si quis putans. §. si damni infecti. ff. comm. di vi. tex. in. l. si cōmunes. ff. de nego. gest. tex. in. l. is cui. §. si ex duobus. ff. vt in posse. lega. tex. in d. l. supra iter. §. officium. de aqua plu. ar. & istud contrariū reputat fortissimū Bart. in. l. in stipulatione. ff. de damno infect. Sed vera solutio est q̄ in cautione damni infecti nihil est in obligatione sed officio iudicis petitur cautio, idēo non est mirū q̄ in partem domus ruinoſe actor sit missus contra vñ ex dominis: alia verò partem habeat in æſlimatione vel interef ſe ab alio. ita Bar. in. d. l. supra iter. §. officium. de aqua plu. ar. idem Bar. in. l. si cōmunes. ff. de nego. gest. Floria. in. l. hæredes. §. si vñus. ff. fami. herfc. Sed attende q̄ contra superiorē rationem quā assignauit in actione noxali. facit tex. in. l. si seruitus cōmuniſ. §. si. ante noxale. ff. de noxa. vbi eſt casus, q̄ si vñus ex dñis ante li tem contestatā ſoluat æſlimationem vel interef ſe pro ſua parte, vel ſoluat partem quā habet in ſeruo, pro noxa liberatur, & ſimiliter alter dñs vel cohæres poſtea poterit ſoluere ſuā partem in æſlimatione, vel poterit dare partē quā habet in ſeruo pro noxa, & tñ tūc militat p̄adictum incōueniens. Sol⁹ Imo. tangit hanc difficultatem in. l. supra iter. §. officium de aqua plu. ar. & dicit q̄ tex. in. dict. l. in executione. §. pro parte habet locum, & pcedit qñ aliquid eſt in obligatiōe ex diſpoſitione hominis, quo caſu eſt de mente partiū q̄ in vna re fiat ſolutio & ſic eſſet absurdū q̄ hat in pluribus reb⁹: ſecū verò qñ aliud eſt in obligatione ex legi diſpoſitione, vt in cauſa noxali: quo caſu n. i. tius agitur cum. l. & tolleratur p̄adictum in conueniens, ne etiam ſit in potestate ſerui delinquēdo dñm in ſolidum obligare: idēo merito ante li tem confeſſatā poterit ſoluere pro parte: poſtea verò non, quia pōt culpa imputari dño qui paſſus eſt li tem cōteſtari, vñ tunc at tendin⁹ p̄adictū incōueniens, & ita debet in telligi. tex. in. d. l. si ſeruitus cōmuniſ. de noxa. ſecundū Imo. & iſtud reputat ſingulare Alex. in. l. si cū vno. ff. si ex noxa cauſa aga. poſt pri ci. p̄ maxima limitatione & declaratione. tex. in. dicta. l. in executione. §. pro parte de verbo. Tertio caſu principali, qñ in contractu vñ obligatiōe cōtinetur vel deducitur res incorpo

ralis ſeu intellectualis ut ſeruit⁹ personalis, rea lis vel mixta, an talis cōtractus dicatur diuidu⁹ vel indiuiduus, certè eſt notabi. & ſubtilis arti cul⁹: pro cuius pfecta declaratione p̄aſuppono q̄ aliqñ ſeruitus eſt tñ pmissa & deducta in contractu vel obligatione, non tñ eſt realiter conſtituta aliqñ ſeruitus eſt iā realiter cōſtituta & deducta in eſſe mediāte traditione, vel q̄li quō ad primū. l. quādo ſeruitus eſt tñ pmissa & nondū conſtituta dico & p̄aſuppono q̄ aliqua eſt pmissio ſeruitutis personalis aliqua eſt pmissio ſeruitutis realis, aliqua eſt promissio ſeruitutis mixta: ſeruitus pſonalis tñ pmissa eſt qñ dominus alicuius ſerui, pmissit in eo aliquas operas vel ſeruitum. argu. tex. in. l. z. & per totum. ff. de vſufruct. lega. per quem ita tenet Faber, Iaſo & moderni in. §. æquè ſi agat. Inſti. de aetio. Iſta enim ſeruit⁹ per ſonalis pmissa dicitur omni respectu indiuidua, tam ratione conſtituta vel obligationis, q̄ etiam ſolutionis, non tñ ea ratione qua aliae ſeruitutes: q̄a p̄aſtatio operis in parte ad fert tam vilitatem respectu partis quantā ad fert totū respectu totius vt de ſe patet, nā ſi p̄aſta tur pars opeis medietatis diei vel certarū horarum respectu eius ad fert vilitatem, ſicut totum respectu toti⁹. Dicitur ergo indiuidua, vt plenē dicam infra iſta repetitione. Sed ſeruitus personalis conſiliit in facto, vt patet ex ei⁹ effectu & natura, & dixi in dict. repetitio. ſeruitutum: ergo merito dicitur indiuidua & iudicatur ſecundum naturam & indiuiduitatem facti & iſtam resolutionem ponit Vincen. in di. Etal. l. §. si vſufructus. ff. ad. l. Falci. 2. col. p̄opreſeſin. ¶ Seruitus verò realis, rufſtica, putā iter, aetus, via, aquæductus vel ſeruitus realis, vrbana tantum pmissa eſt indiuidua omni respectu. Nam primò eſt indiuidua respectu iphiſus contractus pmissioſis & obligatiōnis: quia pars ſeruitutis non potest promitti nec deduci in obligationem. tex. eſt exprefſus in. l. itineris. ff. de ſeruitu. titu. generali. cuiusverba ſunt. Viæ, itineris, aetus, aquæductus pars in obligationem deduci non potest, quia vſuſ eorum indiuidus eſt. text in. l. ſtipulationes non diuiduntur in principio. ff. de verbo. oblig. cuius verba ſunt. ſtipulationes non diuiduntur earum rerum quæ diuisionem non recipiunt, veluti viæ, itineris, aetus aquæductus cæteraruniq; ſeruitutum. tex. in. l. pro parte. ff. de ſeruitu. text. in. l. si quis duas. §. si quis partem. ff. commu. p̄aſ. ibi quia per partes ſeruitus imponi non potest: ſed nec adquiri. textus in. l. & per iuſurandum. §.

## Tomi. II. Cap. X.

1.& §. illud ff. de acceptila. tex. in. l. ff. de serui. lega. ibi. quia partem non recipit. text. est in. l. vt ponunt. §. fi. ibi. licet ab initio per partes acquiri non poterat. ff. de serui. tex. in. l. is qui quadringenta. §. quædam. ff. ad. l. Falcid. & ratio huius est, quia naturaliter nullo modo potest diuidi, cum sit res incorporea intellectualis & indiuisibilis secundum iuris dispositionem siue ordinationem similiter indiuidua: quia ista materia est regula & doctrina singularis, & necessaria q̄ illud dicitur indiuiduum, quādo pars eius non adfert tantam utilitatem respectu partis quantum totum respectu totius ista regalam & doctrinam probat tex. in. l. in executione. §. secunda ad opus ibi, quia operis effectus in partes scindi non potest. ff. de verbo. obli. tex. in. l. 5. §. opere. ff. de verbo. signi. tex. in. l. edificia. §. perfectiss. eo. ti. tex. in. l. si is qui quadringenta. §. quædam. ff. de ope. no. nun. & eam ponit Bar. in dicta. l. stipula. non diuiduntur. 3. col. in fi. nu. 8. dicens q̄ ista fuerunt pulchra verba pe. idem Bar. in eadē. l. decima. col. nu. 27. Alex. 1. col. in medio. Iaso ibi latè. 5. col. nu. 14. qui in effectu in hoc residet Vincē. in. l. in executione. 6. col. in princi. eo. tit. istam etiam regulam post Petrum ponit Bar. in. l. 4. §. Cato. de verbo. obli. 8. col. 5. q. prin. & ibi alij doct. pricipuè Ripa. 2. col. nu. 8. eandem rationem ponit Bar. in. l. 1. §. si v̄ fūs fruct. ff. ad. l. Fal. nu. 3. lopp. Ange. Imo. vincen. versi. Bal. in. l. 2. 1. col. in fine. nu. 3. C. de hære. ac. & q̄ pars eius nullam utilitatem adferat, & ideo sit omnino indiuidua, probo cuiderer à sufficienti partium enumeratione: nam aut consyderam⁹ ipsum fundum seruientem aut fundum dominantem aut instrumentū quo utitur quis seruitute aut latitudinem seu modificationem loci seruientis vel vsus. & vtroq; respectu est indiuidua & non potest valere pro parte respectu fundi seruientis: quia ille cui est promissa pars seruitute, non potest ire per partem fundi pro indiuiso, vel p̄ eum ducre aquam quin totum fundum tangat. argu. tex. in. l. si cui simili. ff. de seruitute. tex. in. l. via constitui. §. fi. de serui. rusti. pr. si dicamus q̄ pars fundi pro indiuiso erat alterius, vel quād post promissam seruitutem alienavit partem fundi pro indiuiso: similiter promissio partis seruitutis non valeret: quia nullo modo posset creditore a vti in parte fundi debitoris quin tangeret etiam partem alterius domini fundi: vnde necessario non valeret. arg. tex. in. l. 2. & in. l. pro parte. ff. de seruitute. & in. l. si v̄nus ex socijs. & in. l. v̄nus ex socijs. ff. de serui. rusti. pr. respectu fundi

dominantis dicitur indiuidua: quia nō potest dominus ad eum ire pro parte, quin totū fundum tangat sicut dixi respectu fundi seruientis respectu vero instrumenti quo quis utitur seruitute, similiter promissio partis non valet: quia instrumentum est ipse homo & persona creditoris vel eius seruus vel familiaris vel cultor fundi vel iumentum super quo feruntur, & impossibile est quād eat pro parte, vt naturaliter patet: quia non potest ire una pars quin vadat alia. & istam doctrinam & declarationem ponit magistraliter Barto. in dicta. l. stipulationes non diuiduntur. infra isto titulo. 2. colum. num. 2. Imola ibi. 3. colum. num. 3. Paul. de Cas. 4. col. Roma. 3. colu. num. 10. Alexand. prima col. num. 3. Vincen. in. l. in executione. 3. col. num. 7. Item etiam est indiuidua respectu latitudinis loci & vsus ipsius seruitutis: qa licet seruit⁹ realis rusticā sit tota in toto & tota in qualibet parte fundi, vt in. l. via conflitui. §. fina. fi. de seruitute, cum similibus: tamen ex aequitate debet eligi certus locus & pars fundi, per quem transeat, & alia partes remanent liberæ. text. est singularis & vnicis in. l. certo generi. §. si totus. ff. de serui. rusticō. prædiorum. quo casu si latitudo loci restringitur per partes, corruptitur seruitus. Quod subtiliter declaro, nam si loquimur in seruitute itineris quæ sub se non habet aliam speciem seruitutis, cuius latitudo necessariò debet esse talis vt per eam possit quis ire pedes vel eques: tunc si modifetur latitudo eius, viatiatur seruitus: si vero loquimur in seruitute actus vel viæ, cuius latitudo est ampla per quam potest quis ire pedes vel eques, velducere iumentum vel vehiculum: tunc si latitudo eius modificatur per partes, corruptitur seruitus actus vel viæ, sed valebit tanquam seruitus itineris, si competens latitudo remansit pro itinere: quia seruitus actus vel viæ habent sub se saltem virtualiter vel seruitutem itineris. Iste est casus qui sic debet intelligi in. l. si tam angusti. ff. de seruitute. titulo genera. l. via constitui. in principio. ff. de seruitute rusticorum prædiorum. & istam doctrinam & consyderationem voluit Romanus in. l. stipulationes non diuiduntur. infra isto titulo. 4. colum. & ibi Alexand. prima colum. Nec obstat tex. in. l. cum precario. ff. de precastrio. vbi pæcum contra substantiam contracti⁹ vitiat ipsum contractum: quia debet intelligi nisi transire possit in aliam speciem contractus, vt dictum est. Confirmatur per tex. in. l. vbi ita donatus. ff. de donatione causa mortis. & ibi

& ibi communiter doctores. Aduertendum atmen quod illud suprā dictum est, quod in q̄ modificatio latitudinis vitiat seruitutem itineris, ego nouiter intelligerem quando tēpore promissionis fiat modificatio: secūs si post promissam seruitutē modificetur latitudo de cōsensu partium: quia vitiaretur modificatio: argu. tex. in. l. & si per ius iurādum. §. i. ff. de accepti. vbi si post p̄missam seruitutē fiat accep tilatio partis, vitiat ipsa remissio & acceptilatio, & remaneat debita seruitus. Nec obstat etiā cōtra prædicta si dicatur q̄ seruitus realis possit dici diuidua ex eo quod potest promitti & consiliui in certa parte fundi & aliae partes remanent liberae. Item etiam postq̄ realiter est constituta, potest fieri q̄ domini⁹ fundi seruētis possit partem fundi pro diuiso alienare & remaneat seruitus in alia parte, vt in. l. ad certā ff. de seruitu. & in. l. si quis duas. §. si quis partē ff. commu. præ. & in. l. i. §. Iulianus. ff. de itine re actuq; pri. vbi habetur q̄ potest quis præ scribere seruitutem vsq; ad certam partē fundi: quia ad illa iura respondeo q̄ procedunt quando seruitus constituitur vel remittitur in certa & determinata parte fundi pro indiuisio, quo casu seruitus ipsa non diuidit aliquo modo, sed tantum modificatur, restringitur & co arctatur vt cum antea dilatari & exerceri poterat in toto fundo nūc modificatur & restri gitur vt tantum sit & exerceatur in parte fundi pro diuiso & per hoc non dicitur diuidi ser uitus, quod probo dupli ratione. Prima, q̄a solavoluntate & destinatione hominis potest constitui fundus rusticus vel fundus urbanus aliquo ædificio inter medio, vt in. l. Gaius Sei⁹ §. fi. de lega. 2. in. l. qd̄ in rei⁹. §. si qs post. ff. de lega. in. l. locus. de verbo. signi. in. l. si qs. duas. §. li. qs partē. ff. cōmu. præ. & tūc quilibet pars fundi certa & diuisa dicitur iam fundus realiter distinguitus de per se: ergo meritò valet talis cōstitutio vel remissio seruitutis, quia ipsa nō diuiditur sed imponitur vel modificatur, vt tā tum sit in solo illo fundo: nam sicut posset esse in toto fundo maiori, ita in illo vel alio mino ri: & istud est qd̄ voluit p̄priè text. in. l. si quis §. si quis partem. ff. cōmu. præ. cui⁹ verba sunt. Planè si diuisit fundum regionibus & sic par tem tradit pro diuiso, potest alterutri seruitutem imponere: quia nō est pars fundi, sed fundus. Istam rationem ponit Odofre. in. l. ad certam. ff. de seruitu. Romanus in dicta. l. stipulationes non diui, infra isto tit. 5. col. y. si. 2. obij citur. Secundò confirmatur viua & subtili ratione & conſyderatione: quia sicut anima no-

stra est tota in toto & tota in qualibet parte corporis, vt dicunt & tenent Theologi & pli losophi & diuus Augustinus in. 6. de Trinitate & S. Thomas in. i. parte. 76. q. arti. 8. & ibidem Cajetan⁹ & Aristoteles in. 2. de anima. & in lib. de communi animali⁹ motu. & est com munis opinio Theologorum & Philosophorum: tamen si manuss vel pes vel aliud mēbiū scindatur vel separetur à corpore hominis, nō per hoc diuiditur ipsa anima, sed restringitur & coarctatur: q̄a desinit stare in illa parte hominis scissa & in ea non poterit suas operatio nes & effectus exercere & tota iam erit in reliqua parte corporis: ita eodem modo seruitus, licet sit tota in toto & tota in qualibet parte fundi non diuisi, vt in. l. certo generi. §. si totus ager. ff. de seruitu. iusti. præ. & in. l. si mihi cōces seris. eo. tit. & in. l. via constitui. §. fi. eo. tit. & in. l. si cui simplici via. ff. de seruitu. tamen si in ali qua parte illius fundi seruētis vel dominantis pro diuiso constituitur vel remittatur ser uitus, non diuiditur ipsa seruitus, sed tantum coarctatur & restringitur, vt sicut antea comprehendebat totum fundum & quaslibet ei⁹ partes nunc restricta est tantum ad illam partem fundi pro diuiso, in qua reperitur cōstituta, vt virtus & effectus & exercitium eius non extēdatur ad alias partes. & in terminis istam rationem & similitudinem ponit Bar. in dict. l. stipulationes non diuiduntur. in isto titu. in fine. vbi dicit esse subtile, & considerere multū in intellectu. & ibi sequitur Ange. 2. col. Imola. 3. col. Paulus de Cast. 4. col. Iafo. 6. col. num. 14. Vincen. in dicta. l. in execuzione. eod. titu. 4. col. & 4. opposi. Nec obstat similiter si di cas q̄ seruitus est diuidua: quia potest vsus ei⁹ & exercitium per tempora vel per modum di uidi: nam cōstitui potest tali paecto vel modo, vt quis vtatur seruitute certis diebus vel horis & alijs non, & maximē talis diuiso fit quādo plures habent seruitutem rusticam realem in fundo alterius. tex. est in. l. 4. §. fi. ff. de seruitute. tex. in. l. quinta. versi. i. eodem titu. tex. in. l. 2. versi. primo. ff. de seruit. rust. præd. tex. in. l. si partem. eo. tit. tex. in. l. Lucio. cum. l. sequenti. ff. de aqua quo & æsti. tex. in. l. arbor. §. fin. ff. commu. diui. tex. notatur in. l. in concedendo. ff. de aqua plu. ar. & in. l. quam. C. de seruit. & aqua. in. l. ex meo. ff. de seruit. rustic. prædiorum. quia ad hoc respondeo, quod in isto ca su non diuiditur ipsa seruitus in substantia, sed tantum diuiditur cōmoditas vsus & exercitium eius, quæ longē distant ab ipsa seruitute: & ista est vera & realis intentio illorum iu-

rium, & in expresso ita respondet glo.ordi.in dicta.l. si partem.ff.de serui.rusli.præd.in glo. fina. & ibi Barto. Paul. & communis opinio. ita etiam respondet magistraliter Bar. in.l.sti- dulationes non diuiduntur.2.col.prima & 2. oppo.vbi notabiliter declarat & ibi Ange.2. col.in medio. Vincē.in.l.in executione.4.col. in prin.Cōfirmatur, quia suitas est indiuisibili- lis, tamē effectus eius possunt diuidi: quia po- test operari in certo casu & in alio non, vt in.l. 3.C.de libe. cum materia. & in.l. si filius.ff.de vulga.& pupi.Nec obstat etiam contra hoc si dicat quod imo seruitus est diuidua: nam licet ille qui est dñs prædij dominantis: si emat totū fundum seruientē, vel aliter fiat dominus eius vel ē contra, statim ipso iure amittatur serui- tus, quia in re propria non potest cadere, vt in l.in re.commune, in principio. ff. de seruitut. vrba.in.l.si quis ædes præ.tex.in.l. si commu- ni fundo.ff.de serui.rusli.prædio.tex. in.l.vti. frui. ff. si vsusfructus peta.tex.in.l. quicquid. ff.cōmu. præ.tex.in.l.i.ff. quemad. serui.ami. cuius verba sunt. Seruitutes prædiorum con- funduntur, si idem vtriusq; prædij dominus esse coepit, tamen si efficiatur dominus præ- dij seruientis, vel ē contra, pro certa parte pro indiuiso bene retinetur & conseruatur serui- tus.tex.est in.l.vt pomum.§.i.ff.de seruit.titu- lo generali.cuius verba sunt. Si prædium tuū mihi seruiat, siue ego partis prædij tui dñs esse cepero, siue tu mei per partes qd seruitus reti- netur, licet ab initio pro parte acquiri non po- terat. & ibi notat Bar.tex.in.l. si cōmuni fundo.in fine.de serui.rusli.præ.§.vnus ex socijs. versi.& ideo.co.tit.tex.in.l.pluribus.§.fi.in fi. ff.de verbo. oblig. ergo sequitur q̄ pro parte quam habet dñs non debetur seruitus sed tñm pro alia parte socij, & sic pars fundi pro indiuiso debet seruitutē. quia respondeo q̄ in tali casu totū fundus debet seruitutem, licet sit dñs pro parte, quia regula quæ habet q̄ in re pro- pria non cadit: seruitus debet intelligi qñ est res, ppria in solidum: secūs verò si in ea habet partem, & sit communis cū alio, quia ratione partis alienæ, tota seruit⁹ cōseruatur: sicut em̄ à principio seruitus pro parte non potest acquiri ita iam acquisita non amittitur. ita no.tenet & declarat Bar.in.l.stipu.non diui.3.col.4.op po.& ibi Imo.3.col.nu.3.in fi. Vincē.in.l.in ex- ecutione.4.col.5.oppo.eo.tit.tenet etiam Bar. vbi melius q̄ alibi loquitur in.l. p̄ parte. ff.de seruitu.& ibi Alb.Bal.Pau.Flori.& ante eos Ia co.Bu. quē refert Bal.tenet Odo. Pau.& cō- mu.doct.in.d.l.vt pomū.§.i.co.tit.gl.or.Odo

fre.Bar.Albe.& alij in.d.l.si cōmuni fundo de- serui.rus.glo.& scribētes in.d.l. ff.quemad.ser ui.ami. tenet Dinus in regula factum legitimè de regu.iu.lib.6.2.col.Azo in summa.C.de ser ui.aqua..pe.col.nu.36. Cepola in tract.seruit. vr.præ.ca.2.4.in prin. confirmatur etiā, quia si quis habet seruitutē in pluribus fundis seruie- tibus ad fundū suum & vtatur ea in vno solo fundo durat & cōseruatur in alio, nec amittit in aliquo mediante aliqua præf. quia vna tñ seruitus est quæ per partem vsus conseruatur tex.est in.l.vna est via. ff.de serui.rus..præ.tex. in.l.si eo loco..§.fi.si seruen.tex.in.l.si is qui v- sum tenet. ff. quib⁹ mo.vsusfruct.ami.vbi per vsum & retentionē vsus, cōseruatur & retinet totus vsusfruct. Confirmatur ista con. & cois op̄i.per tex.in.l.si stillicidij.§.fi. ff.quemad.ser ui.ami.vbi per vsum & exercitiū seruitutis in parte fundi conseruatur seruitus in toto fun- do: confirmatur etiam, quia facilius iura nra acquisita conseruemus q̄ acquiram⁹ de nouo. tex.est in.l.patre furioso. ysl.nā furiosus. ff.de his qui sunt sui vel alie.iu.tex.in.l.si is qui ani- mo. ff.de acqui.posse. cum simi. Non obstat etiam tex.subtilis & no.in.l.i.§. Julianus. ff.de itinere actūq; priuato.vbi patet q̄ potest quis seruitutem præscribere tñm vlsq; ad aliquā cer- tam partem fundi, quia respōdeo vt suprà, & vt dixi in repeti.legis.q̄ meo.de acqui.posse. Adde tamen q̄ hoc debet intelligi qñ est sol⁹ vnus fundus dominans: secūs, si plures, q̄a da- to q̄ sit vñus fundus seruiens, quia tunc plures sunt seruitutes: & à fortiori, si plures sunt fun- di seruientes & dominantes. ita,pbat tex.in.l. si ædes.la.i.de serui.vr.præ.tex.in.l.nam satis. ysl.Celsus.quemad.serui.ami.vbi vide omnes doct.& discute articulum in materia seruitu- tum, quia hic sufficit tangere. Confirmatur per tex.notabile in.l.si communem. ff. quē- ad.ser.ami.vbi si domini fundi dominantis nō vtuntur seruitute, & vñ⁹ est minor & alter ma- ior ratione partis minoris conseruatur & non perditur seruit⁹ quō ad omnes. & ibi no.doct. no.etiā Pe.Cin⁹,Bar.& cōm.op̄i.in.l.i. C.si in cōmu.eadem q̄ causa.cōfirmatur etiā per tex. in.l.loci corpus.§.si fundus si seruen.vbi habe- tur q̄ sententia lata in confessoria pro vno ex dominis fundi dominantis,pdest alijs. & ibi glo.or.Bar.Odo. Albe. Bal.Pau.Flo.

16 Similiter & secūdō cōtractus, pmissio vel ob- ligatio seruitutis realis dici⁹ indiuidu⁹ ratione distributionis vel diuisionis inter hæredes, q̄a mortuo, pmissore quilibet ex hæredib⁹ tenet cōstituere seruitutē & similiter ècōtractu mor- tuo

tuo creditore , quilibet ex hæredibus potest agere in solidum ad constituendā seruitutem nec diuiditur inter eos actio vel obligatio secundū portiones hæreditarias.tex.est in.l.2.§. ex his.infra isto titu.tex.in.l.hæredes.§.an ea. ff.famি.herf.tex. in.l.via itineris. ff. de seruitu.tex.in.l.fideicommissa.§.fi. ff. de lega;3. tex. in.l.fi. ff. de serui.lega.text.in.l. ea quæ in partes. ff. de regu.iu.tex.in.l.si vnu.versic. fi. ff. de serui.rusti.præ. pro qbus est lex.9.tit.31.3.par. Aduertendū tamen quia iste arti.est valde difficultis & subtilis : pro cui<sup>9</sup> maiori declaratione dico q̄ videtur q̄ vnu ex hæredibus non pos sit prædictam seruitutem imponere in totum neq; in parte:in totum,quia vnu ex dominis fundi non potest imponere seruitutē sine con sensu & voluntate aliorum.tex.est in.l.2. ff. de seruitu.tex.in.l.vnu ex socijs. ff. de serui.rust. præ.in parte non pōt: quia cū seruitus sit omnino indiuidua,impossible est q̄ possit impo nipro parte,vt suprà plenē dictum est,& probat tex.in.l.via itineris. ff. de serui.tex.in.l.si stipulationes non diui.infra isto tit.tex.in.l.pro parte. ff. de seruit.tex.in.l.si quis duas.§.si quis partem. ff. commu.prædi. & rationes veras & iuridicas supra adduximus, sed huic difficultati subtiliter respondeo, q̄ talis hæres non soluit neq; constituit realiter seruitutem in solidum nec in parte, sed soluit estimationem seu interesse eius in solidum:& iste sit verus intellectus prædictorū iurium : nec obstat si replices q̄ licet contractus, promissio vel obligatio sit indiuidua in sua primitiva substātia & natura:tamen qn̄ deuenim<sup>9</sup> ad interesse vel estimationem eius est indiuidua. vt tex. capitalis in materia.in.l.stipulationes nō diui, y si. Celsus infra isto tit.& ibi cōmu.doct. quia respondeo, q̄ quādo formatur actio & petitio cōtra vnum ex hæredibus ad ipsam estimationem, seu interesse bene efficitur diuidua. & ita intel ligatur tex.in.dict.versi.Celsus. secūs tñ quando agitur vel formatur actio & petitio ad ipsam seruitutem constituendā,& est per iudicē condemnatus tunc: quia ipse solus per se non potest seruitutem constituere tenetur in executione soluere totam estimationē seu interesse in solidum, alias non liberatur. & ita intel ligantur prædicta iura priora. ita expressè tenet & declarat Bar.in.l.2.§.ex his.infra isto titu.3.col.nu.8.tenet etiam & teputat Bar.singulare Pau.de Cast.ibi.3.col.Imola etiam.3.col.Roma.5.col.nu.18.Alexan.3.col.Floria.in.l.hæ redes.§.an ea. ff.famি.herf.Iaso qui reputat singularem in.l.4.§.fi.infra isto tit. ¶Ex quo in

fert Pau.in.dict.§.ex his.3. colu.q̄ idem erit in obligationib<sup>9</sup> facti indiuidui: quia licet post moram succedat obligatio ad interessē,tamen si creditor agat ad ipsum factum, ad quod recte potest agere, tunc talis hæres conuent<sup>9</sup> & condemnatus in executione , tenetur soluere totam estimationem seu interesse in solidum nec liberatur soluendo partem pro hæreditaria portione.idem tenet Alex.in dict.§.ex his.3.col.nu.10.neq; obstat tex.in.l.4.§. Cato.infra isto tit.vbi dicitur q̄ licet factum promis sum est indiuiduum , tamen poena apposita indistincte est diuidua , vt quilibet hæres teneatur pro parte hæreditaria:quia debet intel ligi in poena pecuniaria accessoriē posita in aetū vel contractū:secūs tamē est in interessē q̄ succedit loco facti promissi & petitii:sed aduentum valde subtiliter q̄ iste intellectus Bar. & doctō ad prædicta iura non videtur ver<sup>9</sup> imò licet vnu ex hæredibus teneatur ad solidam estimationem,tamen si hæres vlt ipsam seruitutem realiter in solidū constituere,videatur q̄ possit,imò quod magis est creditor pos sit præcisē eum cogere in solidum cōstituere. Primo, quia tex.in prædict.§.ex his & omnia alia iura dicunt q̄ promissio & obligatio seruitutis realis est merē indiuidua,& sic etiā respectu distributionis & divisionis inter hæredes:quia vnu s̄ quisq; tenetur in solidum:ergo debet intelligi q̄ teneatur ad ipsam seruitutē realiter constituendā, nō verò ad interesse vel estimationem,quia de ipsa seruitute loquuntur iura, nō verò de estimatione vel interesse. Secūdō, quia ex persona hæredū,conditio obligationis non mutatur in obligatione indiuidua,vt est regula & concl.tex.in dict.§.ex his ergo sicut defunctus debitor tenebatur ad ipsam seruitutem,& poterat constituere ita quilibet hæres eius. Tertiō, quia promissio & obligatio seruitutis continet ius & factum vt probat tex.in.l.2.§.& harum.infra eo. & ibi Bart. & cōmu doct. sed ille qui tenetur dare præcise tenetur & pōt cogi. vt in.l.vbi aūt non apparet. §.fi.infra eo.& in.l.si seruum.§.fi. eo.tit. ergo sicut defunctus poterat cōpellī, ita hæres eius. Quartō, pro hoc pōdero & cōsydero subtiliter tex.in.d.§.ex his. y si. fi. vbi dicit tex. q̄ defuncto creditore cui seruit<sup>9</sup> est,pmissa quilibet ex hæredib<sup>9</sup> habeat actionē in solidū, nec vitiatur talis actio & obligatio ex eo q̄ in fundo cōmuni nō pōt vn̄ sine alio adquirere seruitutem,quia possibile est si omnes socij & hæredes cōsentiant : & licet consensus omnū sit difficultis,tñ talis difficultas nō vitiat pmissionem

sionem, nec obligationem seruitutis, & tamen quādō ille met tex. suprā in § si. & ideo locut⁹ fuit in promissore & debitore seruitutis mortuo simpliciter dixit q̄ hæredes pmisoris in solidum tenentur, nec confyderat iu tali casu aliquam difficultatem vel impossibilitatem. Quinto, quia qñ quis tenetur pro alio, pōt sol uere de bonis illius vt liberet se. tex. est in l. si procuratorem. §. si ignorantes. ff. mandati. de quo tex. suprā dixi: ergo in nostro casu possit vnuš hæres pro omnib⁹ constituere seruitutē. Sexto, & finaliter facit, q̄a qñ plures sunt dñi alicui⁹ fundi pro indiuīlo vnuš eorum potest constituere seruitutem, nō vt valeat in totum, nec in parte sed saltem vt sua constitutio sit in pendent, donec videamus an alij consentiant vnde hoc casu videtur quōd valeat cōstitutio seruitutis de facto, donec alij consentiant, imō etiam valeat de iure. Nec obstat quōd quādō plures sunt domini eiusdem rei, non potest vnuš sine alio seruitutē constituere. vt in l. vn⁹ ex socijs. §. de serui. rusti. præ. cum simili. quia possent intelligi, quando ex proprio contra-etu velit constituere: secūs, si ex contractu defuncti per rationes prædictas. ita dixit Ange. de pe. in dicto. §. ex his. quem referunt docto. sed non reperitur in lect. Ange. vnde fortè dixit in voce, sed expressè tenet ibi Pau. de Cas. 3. col. nec iterū obstat. si replices q̄ hoc est impossibile, quia hæres non repräsentat personam defuncti in totū, sed tantum pro parte, vt est glo. singu. in iure. in l. 2. §. fi. iūcto tex. ff. de prēto. stipu. & ibi cōmū. doct. quia illud pro cedit in actibus diuiduis: secūs verò in indiuīduis, q̄a in eis quilibet hæres repräsentat personam defuncti in solidum: & ista est intentio tex. in l. ex his. & sic est prædictis patet quōd iste articulus est valde subtilis & difficilis, & in eo satis infusaui pro habenda veritate in quo ex mente iurium & doctorum resolutiū pono sequentes conclu. Prima concl. q̄ vnuš ex hæredibus non potest seruitutem in solidum realiter constituere in fundo communī hæreditario sine licentia & consensu cohæredum quicquid dixerit. Ange. Paul. & sequaces per prædicta iura quæ habent quōd vnuš ex socijs nō potest sine alij imp onere seruitutē. itē etiam per tex. subtiliter inductum. in l. 2. §. ex his. infra isto tit. vbi habet quōd eo casu quo vnuš ex hæredibus conuentus & condemnatus solidum præstiterit, potest à cohæredibus repeterē suas partes iudicio fami. hersc. quod nullo modo potest referri ad ipsam seruitutē realiter constitutam: quia tunc non cesset q̄d

repetendum à cohæredibus. item etiā pertex. in l. hæredes. §. an ea. ff. fami. hersc. vbi disponitur q̄ si pmisor seruitutis deceaserit pluribus hæredib⁹ relictis, quilibet tenetur in solidum, & durat obligatio defuncti. cuius sensus est, quōd quilibet teneatur ad seruitutem, licet eā non possit præstare nec constituere pro parti bus cohæredum & sine eorum consensu, cum sint alienæ, & perinde sit acsi null⁹ eorū habe ret fundum, sed in casu quo nullū fundū habe rent, quilibet teneretur: ergo ita in nostro ca- su, licet habeant fundū cōmunem: & sic tñ te nentur ad interest vel æstimationē in solidū, & in alio non posset verificari effectus velexe cutio obligationis seruitutis: cōfirmatur etiā ista concl. tali ratione, quia si vnuš hæres pos set in solidū cōstituere seruitutem, sequeretur q̄ in potestate vnius esset alijs præjudicare, & tentatio contravnuſ lata noceret alijs, qđ esset absurdū & iniquum & contra omnes regulas iuris: & in terminis q̄ vnuš nō possit seruitutē realiter imponere sine licentia & cōsensu alio rū cohæredū. tenet Imo. licet certē sic nō fundet in d. §. ex his. 3. col. in fi. & ibi Alex. 2. colu. nu. 5. Vincen. 7. col. nu. 9. Roma. in l. 4. §. Cato infra eo. 5. col. & ibi Areti. 3. col. in fi. Vnum tñ est q̄ si omnes cohæredes essent iam cōstituti in mora per creditorem posset vnuš eorum in solidum seruitutem constituere. ita pbat tex. singu. & vnic⁹ in iure in l. fideicōmissa. §. si in opere. ff. de lega. 3. & ad hoc reputat vnic⁹ Ro ma. in d. §. Cato. 7. col. dices esse suū nodū di- etum in materia: sed hoc nō obstante, cōmunis op̄. est in cōtrarium, imō q̄ modo sint in mora, modō non vnuš ex cohæredibus sine alio non possit seruitutē realiter constituere. & ad illum tex. respondetur q̄ debet intelligi in ser uitute debita in ultima voluntate: quia nō debet pendere sicut contractus. vt in l. fi. ff. commu. præ. & ita tenet & respondet Areti. in dic. §. Cato. 4. col. & confirmari potest, quia in vlti ma voluntate transit dominium vel ius seruitutis absque reali constitutione. Et hoc teneo licet Alexand. in dicta l. secunda. §. ex his dicat, quōd in contractu, nec in ultima voluntate vnuš cohæres sine alio non possit seruitutē realiter constituere. & tex. in dicto. §. si in opere intelligatur in æstimatione vel interesse. ¶ Secunda conclusio. Quōd sivni ex hæredibus est adiudicatus totus fundus, in quo fuit promissa seruitus per defunctum, po test & tenetur ille seruitutem realiter in solidum constituere, quia hoc casu cessat ratio communionis quæ impediebat constitutio nem

tionem seruitutis, de qua in l. per fundum. ff. de serui. rusti. præd. & in l. fin. ff. commu. præ. ita expressè Ioan. de Imo. in dicta l. 2. §. ex his. 3. col. post medium Suci. notat ibi. 3. col. prope finem. ¶ si. circa primam difficultatem p. qua sententia & concl. facit bonus text. in l. continuè. §. fi. iuncta glo. & commu. opini. eo. tit. de verbo. obli. per quem reperio q. tenet Bar. in l. stipulationes non diui. 3. col. 6. oppo. q. si vni ex hæredibus prælegatur fundus ad quæ respicit fructum vel seruitus, ad eum transit actio: quia potest transire cum sit hæres, licet secùs sit in successore particulari. Vnum tamen est, q. ista secùda concl. debet intelligi isto modo. s. q. si à cohæredibus est adiudicatus cum one re suo seruitutis promissæ & imponendæ, nihil potest repeterè à cohæredibus. Si verò sim pliciter adiudicatus est ignorante ipso hærede cui fuit adiudicatus tenetur cōstituere, sed poterit repeterè æstimationem ab alijs cohæredibus pro suis partibus, ita no. Imo. in dict. §. ex his. 3. col. & Suci. eadem. 3. col. & ita etiam pōt intelligi. tex. in dicto. §. ex his. & in l. hæredes. q. an ea stipu. ff. fami. herf. facit etiam. tex. not. in l. in iudicio. ff. eo. tit. fami. herf.

Tertia concl. q. vnu ex hæredib⁹ promisoris pōt constituerè seruitutē in fundo cōmuni hæreditario, non q. statim valeat vel sit acquisitū ius realē seruitutis in totū, nec in parte sed talis constitutio vel quasi traditio erit in pendētidonec alij cōsentiant, ipse tamē constituens non poterit eum impeditre vt p̄dict. seruitutē etiam interim antequam alij consentiant & idem est in quibuscunq; dominis particularibus alicuius fundi. tex. est no. in l. per fundum. ff. de serui. rusti. tex. in l. autem plures. ff. de aqua plu. ar. tex. in l. si quis per fundum. ff. de euictio. tex. valde notabilis in l. fi. ff. cōmu. præ. tex. in l. 10. tit. 31. 3. par. & ratio horum est, quia cum non sit dominus totius fundi in solidum non potest seruitutem in solidum constituerè, vt in l. 1. ff. cōmu. præ. in l. si quis duas §. eo. tit. in. §. ideò. Insti. de serui. rusti. præ. Itē licet dominus pro parte non potest constituerè seruitutem pro parte, cum sit indiuidua omni respectu. vt suprà dictum est: sed licet no sit dominus in totum, nec adhuc in parte bene erit personaliter obligatus, quia ille qui prædiū non habet, potest promittere. vt in l. hæredes. q. an ea stipulatio. ff. fami. herf. & in l. fundum. q. si per alienum. de euict. cū talis obligatio non dependeat à domino, sed solo cōfensu obligandi istam rationem ponit Bar. licet sic non declareret in dicta l. per fundū. 1. col.

in medio post princi. Pau. de Castro. 2. col. nu. 9. Ange. 1. col. in principio. Florian. in princ. & istam rationem & intell. ad illa iura voluit Innocen. in cap. cum consuetudinis extra de cōsuetudine. ¶ Ex quo infert Bar. in dicta l. per fundum. q. tali casu: si ille cui est concessā seruitus impeditur vel molestatur à concedente, nō pronūciauit index sibi competere seruitutem, sed tantū pronunciauit ius sibi esse, vt non impediatur vel molestetur à concedente, vt seruitute & simili. ita tenet Innocen. in cap. inter dilectum. extra. de donatione. 1. col. nu. 2. Quarta concl. si vnu ex hæredibus non consti tuat p̄dictam seruitutem, vel dato q. ipse ve lit constituere creditor nolit illam recipere ex eo quod non constituitur ab omnibus poterit creditor ab eo petere solidam seruitutem, & in ea poterit cōdemnari & fiet executio in æstimatione vel interessè in solidum, cum illā non possit p̄fostare. tex. est qui sic debet intel ligi in dicta l. 1. §. ex his. infra eo. tex. in dicta l. hæredes. q. an ea obliga. ff. fami. herf. & istam senten. & concl. tenet Bart. in dicto. §. ex his. 3. col. nu. 8. & ibi Pau. de Cas. 3. col. Imola. 3. col. Roma. 5. col. Alex. 3. col. nu. 6. Floria. in dict. §. an ea. Roma. in l. 4. §. Cato. infra eo. 7. col. & ibi Areti. 3. col. neq; obstat q. eo casu quo deuenitur ad interessè in obligationibus facti illud interessè reputatur diuiduum, vt in l. stipulationes non diui. versi. Celsus. infra eo. q. illud est verum quando principaliter creditor agit ad interessè: secūs verò si ad seruitutē vel rem indiuiduam & postea per viam executio nis loco eius cōsequitur interessè, quia tūc est indiuiduū & ita debent intelligi p̄dict. iura. 17. Similiter etiam dixi q. mortuo creditore ser uitutis sibi p̄missæ quilibet ex hæredib⁹ pōt agere ad solidā seruitutē cōstituēdā, qđ declaro per sequentes concl. ¶ Prima concl. si fundus dominas sit adiudicatus vni ex hæredib⁹ in diuisione hæreditatis ipse sol⁹ pōt agere ad solidā seruitutē, & ei pōt & debet in solidū cōstitui. & si nō cōstituatur, debet ei solui interessè & æstimatione seruitutis. ita pbat text. in l. cōtinu⁹. §. fi. infra eo. & ibi. g. or. & in l. in iudicio. ff. fami. herf. & ibi Albe. in l. 2. §. ex his. infra eo. 7. col. in fi. Bar. qui non confyderat in l. 4. §. Cato. 9. col. 5. q. ¶ cōcludendo ergo dico. Secūda cōcl. q. si mortuo creditore fund⁹ dominas est diuisus inter hæredes, vnu quisque pōt agere cōtra debitorēt in solidū cōstituatur sibi seruitus ad suam partem. argu. tex. in l. via cōstitui. q. quæcunq; ff. de serui. rustic. præ. per quem tenet expressè Albe. in dicto. §.

## Tomi. II. Cap. X.

ex his. 7 col. in fine. & probat tex. in l. loc. cor  
pus. §. si fundus. ff. si serui. vendi. & ibi doct.

¶ Tertia conclusio, si fundus dominans cui seruitus debetur, est adiudicatus vni ex hæreditibus nec per partes diuisus, sed est communis, quia hæreditas non est diuisa, vn<sup>o</sup> eorum potest agere ad solidam seruitutem, & si debitor constituantur, erit in pendent, donec alij consentiantur, sed ipse solùm poterit uti, & non potest prohiberi per debitorem. text. est formalis & expressus in l. fi. ff. cōmu. prædio. & ibi commu. doct. ¶ Quarta conclusio, si vñus ex hæreditibus creditoris agat ad seruitutem & in executione soluat seruitutem vel afflammatio: quia alij non consentiunt tantum cōsequetur illud pro sua parte. ita pbat tex. in l. hæredes. §. an ea. ff. fami. herf. & tenet expressè Bart. in dicta. l. 2. §. ex his, infra eo. tit. 3. col. nu. ii. & ibi commu. doct. ¶ Similiter etiam & terriò, talis contractus, promissio vel obligatio seruitutis, dicitur indiuiduus ratione solutionis, quia p parte non potest solui. tex. est qui sic debet intelligi in l. 2. §. & harum. infra eo. cōmu. doct. quod intelligerem isto modo quod si promis for seruitutis soluat seruitutem traditione, vel quasi inducendo creditorem in fundo, si tamē dicat soluere pro parte, non valet solutio in aliquo. Similiter & quartò: talis contractus promissio vel obligatio seruitutis, dicitur indiuiduus ratione liberationis: qd facta solutione in parte, non contingit liberatio etiam in aliqua parte. tex. est in d. l. 2. §. & harum. infra eo. & ibi commu. doct. item finaliter adde qd omnia supradicta habent locum in seruitute rustica, & etiā urbana per prædicta iura & rationes.

18 Seruitus vñtō mixta, vñsusfructus est merē in diuidua omni respectu, qd primō est diuidua respectu contractus & obligationis, quia sicut totus potest promitti, ita etiam pro parte quotitativa pro indiuiso in aliquo fundo & facta quas traditione queritur ius vñsusfructus in eo pro illa parte, & consequetur commoditatem fructuum pro ea & habet omnia remedia & interdicta quæ competerent fructuario in totum. tex. est in l. 5. ff. de vñsusfruct. cuius verba sunt. Vñsusfructus ab initio pro parte indiuisa vel diuisa constitui & legitimo tempore similiter amitti. & ibi glo. or. & commu. doct. tex. in l. etiam. eo. tit. text. in l. si mihi & tibi. eo. tit. tex. in l. 1. §. si vñsusfructus. ff. ad. l. Fal. tex. in l. si cuius. §. fi. ff. de vñsusfruct. tex. in l. communi diui. §. cum de vñsusfruct. ff. commu. diui. text. in l. & si duo. ff. de peculio. tex. in l. sed & si vñscapio. §. vñsusfructus. ff. fami. herf. tex. in l. 1. ff. de vñsu-

fruct. acre. & ratio est, quia sicut res mobilis vel immobilis, & dominium eius potest promitti alienari vel acquiri pro parte diuisa vel indiuisa, ita vñsusfructus, cum sit pars dominij vt in l. 4. ff. de vñsusfruct. præterea pars eius tantam utilitatem adfert respectu partis, quantā totum respectu totius. ita Bar. in dict. l. stipul. non diui. 10. col. in medio. nu. 27. Imola. 3. colu. nu. 3. Rom. 3. col. versi. vnde datur tertia. qui dicit qd melior ratio non potest aſsignari. Iaſon. 18 col. nu. 30. Eandem rationem ponit Bar. in l. l. §. si vñsusfructus. ff. ad. l. Fal. nu. 3. oppo. Ange. Imo. Pau. de Cast. & commu. docto. ibi late & no. Vincen. in l. in executione. de verbo. obli. 36. col. nu. 120. Cepola in tract. serui. li. 1. de serui. vr. præ. cap. 10. & eadem ratione erit in vñsusfructu legali: quia potest concedi & deberi p parte & quod ad omnia alia dici diuiduus. tex. est in l. cū oportet. §. cum autē dē'bo. quæ. libe.

Secundo modo dicitur diuiduus ratione distributionis vel diuisionis inter hæredes: qd mortuo pmissore vñsusfructus, diuiditur obligatio inter hæredes secundū proportiones hæreditarias. tex. est in d. l. 5. §. 1. ff. de vñsusfruct. cuius verba sunt. Reo quoq; promittendi defuncto in partes hæreditariae vñsusfructus obligatio diuiditur & per consequens est diuidua, respectu solutionis & liberationis. argu. illius tex. & iuriū suprà dict. facit tex. no. in l. cui vñsusfructus. de vñsusfructu. lega. ex parte vero hæredū creditoris, & sic actiuē ex parte hæredū eius cui debetur vñsusfructus, non potest dici diuiduus, cū vñsusfructus stringatur morte & nō transeat ad hæredes. Tertio mō est diuiduus ratione solutionis quia sicut in totū potest solui, ita p parte per prædicta iura. Quarto mō est diuiduus ratione liberationis & effectus: quia pro parte soluta contingit liberatio per eadem iura.

19 Seruitus vñtō vñsus, licet sit mixta sicut vñsusfructus est merē in diuidua omni respectu: quia pro parte nō potest pmissi: itē, quia mortuo debitore nō diuiditur obligatio inter hæredes item etiam pro parte solui nō potest: item etiā non contingit liberatio pro parte. tex. est in l. vñsus pars. ff. de vñsu & habitatione. cuius verba sunt. Vñsus particularis legari non potest, nam frui quidem pro parte possumus. & ibi notat glo. or. Odofre. Bar. Bal. Albe. & cōmu. doct. & certē est valde subtilis decisio & conclusio consulti. & omissis alijs rationibus ista est vera & mentalis ratio, quia seruitus vñsus debetur à re personæ, habito respectu ad indigentiam & necessitatē psonæ cui debetur. vt in l. plenū. ff. de vñsu & habi. & talis

& talis necessitas est indiuisibilis: quia si persona cui debetur commederet, vel biberet tantum pro parte eius quod est sibi necessarium pro alimentis non posset vivere imo cito moreretur, & per consequens pars non afferret tam utilitatem respectu partis quantam totum respectu totius & in terminis istam rationem ponit Bart. in l. stipulationes non diuiduntur infra isto titul. 10. col. nu. 27. & ibi imola. 3. col. num. 3. Roma. 3. col. Iaso. 18. col. num. 30. Angel. in l. 1. §. si vsus fructus. ff. ad legem Falci. & ibi imola Paul. de Cast. Vincen. & alii docto. Bal. in l. 2. C. de hære. actio. & ibi commun. docto. Cœpola in tractatu seruitutum. cap. 10. aduentum tamen subtiliter: quia secundum hoc videtur quod seruitus vsus fructus sit indiuidua: quia in vsu fructu in est vsus rect. est in l. per seruum. §. fin. ff. de vsu & habi. text. in l. is quivsum fructum. ff. qui. mo. vsus fruct. ami. & vtrobiq; commun. doct. ergo seruitus vsus fructus debet iudicari indiuidua ratione vsus sibi adiuncti, & reperio quod Bart. tangit hanc difficultatem in dict. l. stipulationes non diuiduntur. 10. col. num. 28. & relinquunt cogitandum. Sed vera, & mentalis solutio est quod vsus fructus non est sine vsu idest sine cōmodo & emolumento vsus non autem cōtinetur: sicut species seruitutis distincta: ita subtiliter Ange. ibi fin. col. Imola. 3. col. Roma. 5. col. Alex. 7. col. nu. 27. Iaso. 19. col. nu. 30. idem Angel. in l. 1. §. si vsus fructus. ff. ad legem Falci. & ibi commun. alii docto. vincer. in l. in executione infra isto titu. 36. col. num. 125. hoc tamen debet intelligi quando pars vsus relinquitur in re, vel fundo iure seruitutis: quia tunc non valet pro parte, secus tamē est si simpliciter, & personaliter q̄s promitteret, vel legaret alteri dimidiā tertiam vel quartam partem eius quod sibi est necessarium pro alimentis nulla re, vel fundo assignato: quia valeret, & teneret, & esset personalis obligatio, & non seruitus vsus: ita in specie tenet, & declarat Albe. in dicta l. vsus pars. ff. de vsu & habi. 2. col. in medio. nichil allegando.

Sed ego vltra ipsum pro hac senten. & considero tex. singu. in suo casu secundū Bar. ibi in l. 3. ff. de alimen. & ciba. lega. vbi habetur q̄ obligatio alimentorum est mere diuidua, & distributiua inter hæredes nam dicit tex. q̄ si testator reliquit alimenta libertis suis potest index de voluntate testatoris vel ex officio suo p̄ numerū diuidere ipsos libert, ut omnes alantur ab uno hærede, vel certi liberti alantur ab uno hærede, & reliqui ab alio, & sic probat evidenter duo: primum est, q̄ ipsa obligatio

primitiva est diuidua, secundum quod est distributiua inter hæredes, & quilibet ex hæredibus tenet soluere alimenta proportione hæreditaria. Sed ex causa iudex potest diuide re modō prædicto, & in terminis in nostro casu, & proposito illam legem adhoc considerat Cinus in l. 2. C. de hære. actio. i. co. sed certe salua eius pace illa lex hoc nō probat. primō: quia non loquitur in cōtractu, vel obligatione quę emanauit, & incepit in vita obligati: sed in legato quod incepit à persona hæredum secundō quia ibi non fit diuisio alimentorum prorata, vel parte sed tantum fit diuisio libertorum per numerum eorū: vt melius & facilius possint percipere alimenta, & illa non est diuisio in substantia obligationis: vel relieti: sed q̄dam modus aptior, & facilior soluendi, & sic patet quod ille text. non probat senten. & conclusionē. Albe. nec cini, & adhuc remanet superior difficultas super qua salice. relinquunt cogitandum in dict. l. 2. C. de hære. act. 3. co. 6. op. & Iaso relinquunt eam indecisam in dict. l. stipulationes non diuiduntur. 18. col. num. 30. & confirmatur quia ratio subtilis & concludens per quam diximus quod seruitus vsus est indiuidua militat etiam, & habet locum in nostro casu, & quæstione & sic in promissione alimentorum: sed finaliter, & resolutive postquam in hoc insudaui, & cogitauit ego teneo prædictam sententiam, & conclusionem Albe. quod promissio: vel legatum alimentorum per viā, quotæ, vel per viam numeri, vel quantitatis fit mere diuidua per iura, & fundamenta superiora, & solum fit diuidua seruitus vsus promissa, vel legata per viam, & modum seruitutis formalis incerta re, vel fundo: & ratio viua, & mentalis sit: quia primo casu seruitus vsus promissa, vel legata in certa re vel fundo naturaliter est mere indiuidua: quia promittitur vel legatur: ipsa seruitus & substantia eius, quæ refertur ad alimenta à corpore humano percipiēda quæ naturaliter est mere indiuidua per rationem superiorē. Secūdo vero casu referatur ad pecuniam, vel quantitatēm quæ principiter attenditur, & deducitur in contractu, vel legato quæ est mere diuidua modo postea expendatur in alimentis modo in alia qualibet re, quod reputo nouum & subtile, & ex superioribus singulariter inseretur quod si ille cui est promissa seruitus vsus pro se & hæredibus suis decedat pluribus hæredibus relictis quilibet habebit integrum seruitutem vsus, secundum qualitatēm suę personæ: & in solidū percipiet sibi necessaria: cum ista seruitus sit

mere indiuidua: ut supra diximus quod probbo & confirmo dupli ratione prima: quia ista seruitus est mere personalis, & non transit ad heredes: sed extinguitur cum persona defuncti tex. est in.l.3. §.fin. ff. qui. mo. vsufruct. ami. tex. in.l. vsus aquæ. ff. de vfu. & habi. text. in.l. in omnibus causis. ff. de regu. iu. text. in.l. priuilegia eodem. tit. tex. in. §.i. institu. de vfu. & habit. textus. in. §. finitur institu. de vsufruct. & vtrobique commun. doct. Sed mortuo creditore iam finitus est vesus qui sibi debebatur & incipit deberi hæredibus nouis vfuscis ergo cum sint plures hæredes, & vfuscis sit mere indiuiduu sequitur quod omnibus debetur vfuscis in solidum secunda: quia quando plures simpliciter stipulantur sibi pecuniam: vel aliquam rem diuiduam non dicendo in solidum quilibet videtur stipulatus pro parte: ut in.l. reos. §. cum in tabulis. ff. deduo r. cum similibus: sed quando plures stipulantur aliquid indiuiduum quilibet, acquirit actionem in solidum non: tanquam duo rei: sed tanquam principales ceditores in solidum ex natura, & ex qualitate rei indiuiduæ: ut latè tradit Bart. in.l.2.3. q. ff. de duo reis Cinus. in autē. hoc ita. i. q. C. eo. tit. ergo in nro casu quilibet hæres habebit vsum in soli. ac si oes stipulati essent: ita tenet Bart. §.cato. ff. de ver. ob. q. 9. col. 6. nu. 29. & ita etiā tenet Alb. 14. col. 7. in prin. sequifetiā simpliciter An. p. col. nu. 15. imo 8. col. ver. quærif Vih. 29. col. nu. 96. licet aliqui antiqui: ut refert Bar. tenere cōtrariū quibus videtur adhædere Ias. ibi. 26. co. nu. 51. Ripa. 36. col. nu. 91. Quartū casu 21 principali qdo in cōtractu. vel obligatione cōtinetur, vel deducitur factū an talis cōtractus dicatur diuiduu: vel indiuiduu pro. cuius perfecta declaratione præsuppono, quod promissio facti propii non tamen alicui valet, & oriatur actio, & obligatio ciuilis, & naturalis sicut competet pro qualibet alia re, & post morā succedit obligatio ad inter esse nō priuatiū, ut tolak ad obligatio ipsū factū: nec cumulatiū: ut teneat ad factū, & interesse: ut vtrūq; possit exigi, sed succedit alternatiū: taliter qd vtra qd obli. durat, tam prima ad factū quā secunda ad interesse, & sic creditor post morā poterit agere ad ipsum factū tantū, vel ad interesse tantū: sed verior & optimus modus agendi erit proponere libellum alternatiū. s. peto factū fieri. & solui, & si non feceris, & solueris peto interesse michi præstari, & erit electio debitoris sicut in aliis alternatiuis. item ex eo quia nemō tenetur ad factum præcisē imo quod magis est licet creditor petat solum factum iu-

dex poterit condēnare debitorem ad factum: vel interesse, & iūcit condēnet ad solū factū debitor poterit postea in executione soluere interesse, & liberatur ab obligatione facti, & in effectu istam doctrinam & resolutionem probat textus. in.l. stipulationes non diuiduntur versicul. celsus infra isto titul. textus. in.l. 4. §.fin. eod. titul. text. in.l. si quis ab alio. §.fi. ff. de reiudi. tex. in.l. i. ff. de actio. emp. text. in.l. fi. traditio. C. eo. titu. tex. in.l. si tertius. §. officium. ff. de aqua plu. arcen. & vtrobique cō. doc. & in terminis: ita tenet, & declarat magistraliter Bart. in dic. l. stipulationes non diuiduntur 12. col. 7. col. q. principali & 16. col. 9. quæstio. princ. & ibi imola. 8. col. Alexan. 8. col. nu. 25. 9. quæst. & commun. moderni idem Bar. post glos. ibi in.l. 2. §. item si in facto infra eo. & ibi Pau. de Cast. & commun. doct. præcipue Ias. pe. col. num. 20. qui notabile loquitur idē Bar. in.l. i. ff. de action. emp. & ibi alii docto. Cinus & antiqui. in.l. si traditio. C. eod. tit. de actio. emptio. Bald. in.l. si pacto quo penam. C. de pactis Sali. Valde notabiliter in.l. vnica. C. de senten. quæ pro eo quod in te pro & ibi com. docto. Vincen. in.l. in executione infra isto titul. 35. col. 7. q. prin. num. 149.

22 Item iuxta prædicta quæro an ille qui tenteretur ad factum præcisē compellatur facere taliter quod creditor non agatur recipere interesse, & ista quæstio est valde principalis & utilis in mā in qua resolutiue dico qd regulatiter non potest debitor præcisē cōpelli ad factum: sed præstādo interesse liberatur: ita probat tex. in.l. si quis ab alio. §.fi. ff. de reiudicata tex. in.l. cum stipulatus sim michi à proculo. §.fi. infra isto tit. tex. in.l. in stipulationib. §.operari. eo. tit. text. in.l. stipulationes nō diuiduntur vers. celsus eo. tit. & ista regulā, & doctrinam ponit magistraliter Bart. in dic. l. stipulationes non diuiduntur. 13. col. 8. q. & ibi imola. pe. col. Rom. ante. pe. col. nu. 80. Alex. 8. col. nu. 27. Iaso. 20. nu. tenet etiam Barr. in.l. hæreditatem. ff. de dona. & ibi Pau. de Cast. & alii docto. & istam dicite om̄i. op. Alex. Vincen. & Iaso in.d.l. si quis ab alio. §.fi. ff. de reiudicata opinione ista etiam dicit cō. op. Iaco. de san. Geor. in.l. fur. cōtra se vnica. C. de sent. quæ pro eo qd int. pro. 21. col. nu. 6. licet dicat nulla lege hoc benē probari, & qd alias substituit contrarium: sed ego firmiter teneo communē opinionem pro qua ultra iura superius allegata considero veram, & subtilem rationem: quia si præcisē teneretur ad factum videretur infringi libertas & esse quædā species seruitutis argu. text. in.l. titio centum §. titio

§.titio centum el secundo. ff. de condi. & demonstr. nec corrigitur ista communis opinio. per notabilem legem partite. §.titulo. 27. tertia par. vbi dicitur, quod si senten. est lata contra-debitorem facti compellatur per iudicem facere: quia illa lex debet intelligi: vt debitor compellatur eo modò quo de iure communi tenetur, & cōpelli poterat. s. vt faciat alias soluat interesse. quaē quidē regula, & conclusio. generica fallit in aliquibus casibus in quibus debitor praece cogitur facere primus est quā do factum debet explicari iniudicio tex. est in l. sed, & hæc. §. præter. ff. de procu. & ibi cōmu. docto. tex. in. l. certum. ff. de conse. vbi habeatur, quid cogitur: quis certum confiteri in iudicio, & ibi notat Bar. Albe. Bal. & com. doct. Ex quo infertur, q̄ criminalibus potest quis praece cogi, & compelli per torturam verum dicere, & cōfiteri stantibus indiciis, & probat tex. in. l. & per totum. ff. de quæsti. & in. l. per totum. C. eo. tit. 2. casus est quando quis est obligatus ad factum ex legis dispositione. tex. est in. l. si cum exceptione. §. sed et si quis. ff. q̄ metus causa, & ibi notat, & commu. doct. tex. in. l. & per totum. ff. de tutelis text. in. l. l. ff. de admi. tuto. tex. notabilis, & expressus. in. l. l. si pulatus. §. opus ver. siue autem. ff. de ope. noui nun. vbi habetur q̄ si quis edificavit post denuntiationē sibi factā praece cogite d̄moliri, & ibi no. Bar. An. Pan. Im. & tenet expresse Bart. in. d. l. stipulationes non diui. 14. col. nu. 37. & ibi An. Imo. Sal. in. l. vna. C. de sen. que pro eo q̄ int. prof. 10. col. nu. 37. Vincen. in. l. in exec. cutione. j. eo. 4. 8. nu. 161.

Tertius casus quādo quis tenetur ad factū ex dispositiō testatorū. text. est fin. in. l. fidei commissā. §. fin. ff. de legat. 3. cuius verba sunt: si quis opus facere iussus paratus sit pecuniam dare reipublicæ: vt ipsa faciat cum testator per ipsum fieri voluerit nō audietur; & ibi notat, & commendat Bar. & doctores antiqui idem Bart. in. dict. l. stipulationes non diui. 14. col. nu. 37. imola ibi pe. col. Roma. 25. col. nu. 75. Alex. & lafo. antepe. col. & istam dicit commu. op. Vincē. in. l. in executione infra eo. 49. col. nu. 165. & idem disponit lex. pe. tit. fi. 3. par. ad de tamen quod tex. in. dicta. l. fidei commissā. §. fi. ff. de legat. 3. posset intelligi: vt procedat fa uore reipublicæ cum loquatur inopere in ea faciendo. secundò posset intelligi quando quis est obligatus, vel grauatus per seipsum facere, & non per alium: quia tunc præce potest cōpellere facere. argu. tex. in. l. 2. C. de iis qui. veniā eti. impe. sed in iudicando, & consulē. est tenē

da communis opinio. Quartus casus est qñ in promissione facti fuit interpositū iuramentum per debitorem glo. est singularis, & vnicā iuncto tex. in. l. si pecuniam. ff. de cōdi. ob cau. sam in verbo neceſſe habeas dicit glo. vt quia iuristæ, & adhoc. illam gl. reputat singu. Imola. in. l. 2. §. sed & si quis. fi. col. ff. de dona. idem imola. in. cap. 1. de iudi. fi. col. Bal. in. præludis feudorum. 3. col. nu. 16. idem Bal. in. l. vna. C. de senten. quē pro quod. int. prof. 10. col. Ro. ma. in. l. stipulationes non diuiduntur infra eo 26. col. nu. 69. & ibi Alexan. 8. col. num. 27. An. imo. & canonistæ in cap. veniens de iure. idē imola in cap. per teas de arbitris. 8. col. & istam dicit magis commun. op. Iafo. qui benē loquitur in puncto in dict. l. si pecuniam. 8. col. nu. 19. neq; obstat tex. in. l. fi. C. de non nume. pe. vbi iuramentum semper intelligitur secundū naturam contraētus super quo interponitur: q̄a debet intelligi quando actus, vel cōtractus non habet effectum propter defectum voluntatis animi, & consensus contrahentis: quia cē setur conditionaliter adhibitus aliis non & adhoc notat, & cōmendat ibi odofr. Petrus Ci nus. Bart. Bald. Ange. Pau. Sali. Fulgo. & com. docto. Bart. in. l. si quis pro eo. ff. de fidei usq;. Bal. in. l. non dubium. C. de legibus. pe. col. & reputat. singu. Bal. in. c. quē in ecclesiarum de consti. §. col. sed in nostro casu adeſt consensus purus, & simplex ergo iuramentū debet qualificare, & addere præcisam obligationem in tali cōtractu, & promissione facti, & in terminis ita respondet imola in. capitul. per tuas de arbitriis idē imola in. c. 1. de iudi. Ia. q̄ notabiliter loquitur in. d. l. si pecu. ff. de cōdi. ob cau. fi. col. Quintus casus est qñ quis tenetur ad factū aetione reali puta rei vendi. in qualicet principaliter veniat declaratio dominii ipsius agētis tñ in consequentiā iudicis officio venit restitu. tio rei, & reus conuentus, & cōdēnatus rē restitu. tuere præce tenetur ad illud factū restitutio. nis. & pōt iudex mitere nuntiū vel executorē vt expellat reum aposſessione, & tradat aetori pro quo fuit lata senia text. est singul. in. l. qui restituere. ff. de rei ven. & adhoc no. ibi Odof. Bar. Albe. Ange. & comm. docto. Bart. in. l. sti. pulationes non diuidūtur infra eo. 14. col. nu. 37. imola. fi. col. Roma. nu. 72. Alexan. ante pe. co. Vincē. in. l. in executione infra eo. 50. co. la. in. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. posse. 19. col. nu. 9. Bald. in. l. vna. C. de senten. quā pro eo quod int. prof. ii. num. 76. vbi reputat singula. & ibi Sali. ii. num. 38. & idem est in quolibet iudicio, & actione reali: ita in. termi-

## Tomi.II.Cap.X.

*Precasum  
mit Parad.  
er. quodit.  
et. 6. n. 10.  
empe cum  
is factu  
is sit in 2.  
ach que  
igio. ne ha  
pecial ten  
y ad facien*

terminist tenet solus Bald. in di. l. qui restituere prima lectura & prima col. vbi reputat mirabile. ex quo infero quod condemnatus imputiciana precise cogatur rem restituere.

Secundò infero quod post sententiam latā in confessoria per declaratur ius actoris & condemnatur reus ad patientiam seruitutis quod præcise tenetur illam patientiam præstare: ita probat glo. iuncto text. in. l. harum. ff. si serviven. & tenet Bar. in dict. l. stipulationes non dividuntur. 14. col. num. 37. Sali. in. l. vna. C. de senten. quæ pro eo quod &c. ii. col. nu. 38. Sex- tus casus est quando factum promissum non concernit interesse vel commodum pecuniarium: ut quia promisit quis legere in aliquo studio pro certo salario, vel pueros erudire in græmatica, vel aliam similem artem exercere: quia tunc præcise compellit facere nec liberatur soluendo interesse fauore reipublicæ ita nota. tenet Sali. in. l. vna. C. de sent. quæ pro eo quod in te. ii. col. ii. in materia num. 37. cuius op. sequitur, & commendat Vincen. in. l. in executioue de verbo. obligatiōe 50. col. nu. 170. Septimus casus est quando quis tenetur ad factum traditionis ex contractu emptionis & venditionis, & venditor habet facultatem tradendi propter maximam bonam fidē quæ requiritur in hoc contractu ista est glo. singularis in iure in. §. preciū Instit. de empt. & ven. in verbo tradatur, & ibi notat & commendat fab. Ange. & commun. docto. tenet etiam Bar. in. l. i. ff. de actio. empt. 3. col. nu. 12. & ibi cōmu. docto. idem Bart. in. l. stipulationes non dividunt antepe. col. & ibi communiter moderni. Fabianus de monte in tractatu emptionis, & venditionis. 6. q. principali & illam glo. adhoc reputat singularem Ange. in. §. actionum. inst. de actio. 8. col. nu. 14. proqua considero legem notabilem partite. 42. titu. 5. 5. par. Octauus casus est quando quis tenetur ad rem restituendam neendum actione reali: sed etiam actione personali: quia dominium eius pertinet alteri: vt depositarius commodatarius, & similis persona: quia licet ista obligatio consistat in facto tamen præcise cogitur facere, & restituere si habet facultatem tradendi: ita probat text. in. l. qui restituere. ff. de rei ven. & licet ille text. loquatur in eo qui tenetur, & conuenit tantu à domino actione reali rei venditionis tamen militat eadem ratio quæ fundatur in dominio petentis, quæ ratio etiam militat in nostro casu quando dñs petit suam rem quavis alia actione personali imo hoc casu etiam procederet, & haberet locū licet ille qui d' po-

suit: vel commodauit non esset dominus rei: quia certè præsumitur, & conuentus non posset opponere exceptionem domini argumen to tex. & eorum quæ ibi notantur in. l. siue pos fidetis. C. de proba. & in terminis: licet sic non declaret: ita tenet Bart. in. l. stipulationes non dividuntur infra isto titu. 4. col. 8. opposi. & ibi commun. doct. tenet etiam Ioan. de imo. in l. 4. §. cato. eodem tit. 6. col. & ibi etiam cō. doc. Aduertendum tamen quod licet quis possit promittere factum proprium saltim vt teneatur ad interesse: vt supra dictum est, tamen nō potest quod promittere factum alienum in mortali casu obligatio est ipso iure nulla nec surrogatur obligatio ad interesse tex. est in. l. stipulatio ista, habere licere infra isto tit. cuius verba sunt, nemo autem alienum factum promittendo obligatur, & ibi Bar. & commun. doct. tex. in. l. inter stipulantem eo. tit. tex. in. l. sicut reus. ff. de fideiu. text. in. l. cum qui. §. iulianus. ff. de constit. pecu. tex. in. §. si quis alium insti. de inuti. stipu. & idem disponit. l. ii. tit. ii. 5. par. quod est verum, & procedit quando promittitur factum alienum extranea personæ, secus si illius quem compellere potest: vt filij vel serui tex. est in. l. fluminum. §. quamquam ff. de de damno infect. cuius ratio: quia tali casu nō videtur negotium geri inter ipsos principaliter contrahentes. vt requiritur in isto contractu verborum, quam rationem ponit tex. in. dict. l. inter stipulantem infra isto titu. in quantum dicit nam de se quemquam promittere oportet, & istam rationem expresse popit ibi. An. imola, & commun. docto. Cuma. in dict. l. stipulatio ista: habere licere prima col. & ibi Iaso i. col. & alii docto. 2. ratio potest esse: quia talis promissio videtur continere quid impossibile cum non sit in potestate eius quod alter faciat, & certè fundatur ex prædictis iuribus maxime in dict. l. fluminum. ff. de damno infect. & in terminis istam rationem ponit Alexan. in. d. l. stipulatio ista in fra. hoc ti. i. col. nu. 6. sed circa hoc se offert subtilis, & necessaria difficultas quare ista promissio non valeat saltim in interesse cum obligatio facti de sui natura cōmittatur, & conuertatur ad interesse: vt supra dictum & probatum est: sed vere, & conclusiue respōdeo quod illud est verum, & procedit quando promissio, & obligatio est de se valida quia promittit quis factum proprium secus tamen est quando talis promissio, vel obligatio est inualida: quia promittit quis factum alienum: ut in nostro casu, & in terminis ita tenet, & reputat singulare Pau. de Castr. in dicta. l.

sequitur iste dicitur Didac pere. In 13.  
Heg. lib. 5. ordi. tric allec. col. 1060. Quemadmodum dicitur  
art. 1. qd. que habes In 8. signum salutis. Post de jure  
stipul.

in predicto fuit et col. 1.  
istud dñm addit. 1.

63

d. stipulatio ista. 2. col. 1. oppo. infra isto titu.  
post dinum Raine. & antiquos & ante Paul.  
idem voluit ibi Bar. 2. co. nu. 3. ex quibus noui  
ter infero quod etiam hodie de iure regio stan  
te lege. 3. tit. 8. libr. 3. ordi. non valebit talis pro  
missio. & obligatio facti alieni quia illa lex regia  
tantum tollit solemnitatem stipulationis. & con  
tractus verborum. non tam tollit alia substancialia.  
& naturalia ipsius contractus ergo cum  
stipulatio facti alieni non valeat. similiter ho  
die non valebit promissio. vel obligatio eiusdem  
& 2. quia rationes superius assignatae de iure  
cooper quas non valet praedicta promissio vel  
obligatio facti alieni militat etiam hodie de iu  
re regio. Item etiam & tertio quia de iure cano  
nico licet nulla requiratur stipulatio nec sole  
nitatis verborum: sed valeat. & teneat quilibet sim  
plex promissio nudo pacto. & oratio actio & obli  
gia. civilis. & naturalis: ut in cap. 1. de pactis cu  
similibus. tamen non valeat promissio. vel obli  
gatio facti alieni argumento text. praeceptorum  
iuniorum & ita determinat An. licet plures teneant  
contrarium. ergo eodem modo dicamus quod hodie  
iure regio non valeat talis promissio. & obliga  
tio. & hoc teneo pro constanti & firmo salua pa  
ce melius senti. quae in oia singu. limito. & in  
telligo quoniam promissio vel obligatio facti alieni sit:  
sine iuramento secus tamen est si fiat cum iu  
ramento: quia tunc valet & tenet & comitit ad in  
teresse & resoluti: ut valeat in eo quia ois act  
in quo apponitur iuramentum valet oī meliori mō.  
quod possit valere ar. tex. in l. cū pater. s. filiū ma  
tri. ff. de leg. 2. & terminis isto fundamento & ra  
tione ita tenet Ro. & contra moderni in l. stip.  
ista habere licere. j. isto tit. tenet etiā Ant. in c.  
ex literis el. 2. de spō. & ex praedictis necessario  
quaero si quis promisit factū propriū quo casu  
valet & tenet obligatio. vt. s. plene dictū est an  
possit per eo fideiussor dari & obligari cū ipse  
videat. promittere factū alienū in quo notabili  
art. magistraliter & resolu. dico quod si fideiussor  
promisit factum principalis debitoris habēdo  
respectū ad ipsum factū non valet nec tenet pro  
missio. vel obligatio. tex. est in l. sicut re. ff. de fide  
iu. si vero fideiussor promisit opus vel ius vel il  
lud quod resultat ex facto habēdo respectū ad  
opus cōsumptū & non ad ipsum factū tunc bene  
valet. & tenet promissio. & obligatio. fideiussor. text.  
in l. continuus. s. si ab alio infra isto tit. si verò  
fideiussor promisit interesse in casu quo prin  
cipalis debitor non fecerit. bene valet. & tenet  
talis promissio & obligatio arg. tex. in l. quo  
tiens in stipulatio. infra isto tit. resolutionem  
hac ponit Bart. in l. nemo est qui nesciat. ff. de

duobus reis. 1. opposi. & ibi commun. doct. idem  
Bart. melius quam alibi in l. si quis pro eo. ff.  
de fidei. 2. col. nu. 2. Item etiam ex praedictis.  
24 singulariter quaero an valeat pactū & promis  
sio alicuius tempore quo contrahit matrimo  
nium quod teneatur perpetuo habitare cum  
vixore in certo loco vel ciuitate. & non alibi sub  
certa pena. & certe est notabilis. & necessaria  
quaestio in qua reperio quod Antonius. Abbas.  
& alii docto. in c. 1. qui matrimo. accusa. po. te  
nent quod valet. & tenet. & marito non ad im  
plete ad poenam. & idem tenet. & sequitur do  
ctor Palacios Rubios in sua repeti. cap. per ve  
stras. 3. fol. 2. col. 6. & ultra cum tenet Roma. di  
cens peregrinum in l. stipulationes non diu  
idunt infra isto. tit. num. 66. & Jacobinus de  
sancto Geor. in rubri. ff. de iure doti. sed salua  
eorum pace ego teneo contrarium immo quod  
tale pactum. & promissio non valeat neque te  
neat primo quia nemo tenetur ad factum prae  
cise: vt supra conclusum est secundo quia esset  
quædam species seruitutis argu. text. in l. titio  
centum. s. titio centum. el secundo. ff. de cond.  
& demonst. quod tamen intelligo. & declaro  
nisi probetur aliquid interesse quod ex obser  
uantia pacti proueniret vixori: quia tunc tene  
retur maritus ad illud interesse. Item etiam ni  
si spe premii induceretur quis ad habitandum  
certo loco fauore certe personæ: vt si testator.  
vel contrahens promitteret alicui certam quæ  
titatem. vel rem si habitet in certo loco: quia  
valeret. & non implendo conditionem an sit  
ret lucrum; & non compelleretur ibi stare ar  
gumento tex. in l. qui concubinam. s. vixori. ff.  
de lega. 3. alias si non reliqueretur fauore aliciu  
ius certe personæ non valeret talis conditio et  
iam imposita spe premii. vt proba tex. in dic.  
s. titio centum. & ibi tenet Bar. & com. docto.  
adde tamen quod in casibus pactū quibus istud de  
quo loquimur valeat. & teneat. & cogatur pro  
missio adimplere debet intelligi nisi superue  
ueniat aliqua causa de novo per quam non pos  
sit. vel deceat ibi habitare argumento. text. in  
l. si conuenerit. ff. pro socio iuncta comm. op.  
quibus visis & presuppositis in promissione  
& obligatione facti quando queritur an sit  
diuiduum. vel non dico quod regulariter oī factū  
est indiuiduum secundū iuris dispositionē om  
ni respectu. s. cōtractus distributionis solutio  
nis. & liberationis nā. 1. est indiuiduum respect.  
ipsius cōtractus. & obligationis: quia pro par  
te indiuisa quotitatua non potest promitti nec  
deduci in contractu. & sic non posset quis pro  
mittere dimidiā. tertiam. vel quartam partē  
alicuius

## Tomi.II.Cap.X.

alicuius facti: ita probat tex. qui sic debet intellegi in l. stipulationes non dividuntur. vers. i. infra isto titu. tex. in l. 4. §. cato cod. tit. text. in l. in executione versi. 2. ad opus eo. tit. tex. in l. si is qui qua dringenta. §. quædam. ff. ad l. falc. tex. in l. 5. §. o pere. ff. de verbo. signi. tex. expressior ceteris in l. libertus qui. ff. de operis liber. cuius verba sunt neq; promitti neq; solvi neq; peti pro parte poterit opera. & ratio huius est quia respectu ipsius facti. vel operis est individuum: quia esset impossibile praedictam partem quotitatiuam facere pro individuo quia si aliquid fecerit licet minimum in eo ipse debitor vel alter habebit alias partes & sic non potest præstari ipsi creditori sola illa pars quam ipse stipulat<sup>9</sup> sicut similiter respectu ipsius fundi in quo domus vel edificium debet fieri est individuum quia esset impossibile pro illa parte quotitatua pro individuo facere in fundo quin edificium tangeret alias partes fundi similiter etiam respectu personæ & instrumenti quo factum debet fieri esset impossibile facere pro parte quin tota persona vel instrumentum ibi concurrat vel interueniat argumento eorum quæ supra latius dixi in seruitute promissa, & hoc est quod voluit Bart. uno verbo in dicta l. stipulationes non dividuntur. 3. col. 6. oppo. 2. modo factum dicitur individuum ratione distributionis, vel divisionis iter heredes quia mortuo promissore vel debitore relictus pluribus heredibus quilibet tenetur in solidum tex. est in l. in executione versi. 2. ad opus infra isto titu. & ad hoc ibi notat glo or. Bart. Albe. Ange. imo. Pau. Alexan. Iaso. & commu. doct. tex. in l. si is qui quadringenta. §. quædam. ff. ad l. falc. & ibi etiam commu. docto. confirmatur ratione: quia quando actus est individuum ex persona heredum non mutatur conditione obligationis ut in l. 2. §. ex his infra eo.

Tertiò modo factum individuum ratione solutionis: quia non potest solvi pro parte divisa, vel individua: ita probant iura superiora, & interminis probat tex. ultra doctores, per me subtiliter ponderatus in l. pro vt quisq; ff. de solvi. ubi habetur quod eodem modo forma & solenitate debet fieri solutio quo vel qua fuit celebratus contractus, nam si refutat celebratio in re debet fieri solutio si verbis in re, vel in quantitate promissa, vel aliis verbis contrariis hoc est per acceptationem si consensu solutione rei, vel contrario dissensu: ergo item dicamus in nostro casu quod cum factum sit mere individuum respectu contractus similiter debet esse in individuum respectu solutionis & illum

tex. in suo proprio casu licet non in proposito nostro summe notat & commendat ibi glo. or. Car. Albe. Bald. Ange. Pau. imola & commu. doct. Quartò modo factum dicitur individuum respectu liberationis: quia si fiat solutio in parte divisa, vel individua & creditor recipiat non contingit nec causa debitori liberatio in illa parte soluta. text. est. in l. executione versi. 2. ad opus infra isto titu. tex. in l. stipulationes non dividuntur versi. 1. eo. titu. tex. in l. 4. §. cato eo. tit. tex. expressior ceteris in l. si is qui quadrigenta. §. quædam. ff. ad legem fal. tex. in l. libertus qui. ff. de operis liber. Et ratio per quam factum est individuum est triplex, & qualibet valde notabilis prima quia factum pro parte non assert tantam utilitatem respectu partis sicut totum respectu totius. nam tota domus: vel edificium defendit è pluvia, & vento, & in ea potest creditor habitare, vel ea vti ad usum ad quem est destinata quod non esset in parte soluta, & id est in aliis factis & exemplis eorum immo impossibile est q; fiat & def particularis solutio facti q; parte soluta non videat soluta tertia nec q;ta: vel alia pars pro individuo totius operis, & vel facti: sed illius partis solutio. Secunda ratio est: quia domus ædificium, vel aliud simile factum ex sui perfecta consumatione recipit formam: unde qui totum non fecit, & solvit nichil videtur fecisse nec soluere tex. est expressus & particularis in l. si is qui quadringenta. §. quædam. ff. ad l. fal. cuius verba sunt fed & si opus municipibus heres facere iussus est individuum videtur legatam nec enim aut ullum balneum aut theatrum aut studium fecisse intelligitur q; ei propriam formam quæ ex consumatione contigerit non dederit, & ibi notat, & commendat docto. tex. in l. 5. versi. opere. ff. de verbo. signi. tex. in l. ædificia versi. perfecte eo. iuu. tex. in l. stipulatio. §. opus. ff. noui ope. nū. tex. in l. 2. de præto. stipul. Tertia ratio est quia cu in obligationibus facti post moram succedit obligatio ad interesse & debitor non teneatur præcise ad factum: sed liberetur soluendo interesse sequeretur quod si debitor qui solueret partem esset liberatus quod posset postea aliam partem soluere in pecunia vel extimatione, & fieret solutio in diuersis rebus contra mentem creditoris, & deueniretur ad inconveniens tex. in l. in executione. §. pro parte infra eo. & in effectu. istas rationes ponit Bar. in dicta l. stipulationes non dividuntur infra isto titu. 9. col. 3. q. & ibi Ange. pe. col. Pau. 4. col. imola. 4. col. Roma. 17. col. num. 45. Iaso. 17. num. 28. Vincen. in l. in executione eo. tit. 34. col. num.

114. idem Bar. in l. 4. §. cato. co. tit. 7. col. 2. q. & ibi Albe. 2. col. num. 2. imola. 1. col. & commun. doct. Sali. in l. 2. C. de h̄ere. actio. 4. col. nec p̄c dictis obstar tex. quinō consideratur in l. mar tius. ff. locati vbi habetur quod si parsedificiū corruat perit periculo domini cui opus sit nō vero eius qui opus promissit facere: quia respon. duplíciter primo modo quod illa censem tur facta solutio, & non vera quae in ista mate ria inducit liberationem: vt in l. 2. §. si tamē ho minem infra eo. vel aliter, & secundo quod nō liberatur in illa parte imo cogitur facere expē fias domini, & datur secunda dilatio, & tem pus ad faciendum, & ita tenet & declarat ibi Bartolus. Paulus. & communiter doctores. confirmatur vltra docto. quia ibi non promis sit ille simpliciter factum suis propriis sumptibus præstandum: sed tantum facere, & præ stare operas vsq; ad perfectionem, & consumma tionem facti ideo liberatur parte perēpta: sed cogitur iterum facere expensas domini: quia mēs & intentio eorum fuit: vt totum opus fie ret, & perficeretur. ex qua resolutione, & do crina primo infero quod à principio tempo re contractus factum bene potest promitti p̄ parte diuisa certa & determinata, & non quo titativa, vt si quis promittat facere aliquā par tem domus, vel clementa, vel teatrum, vel quan libet aliam partem certam domus, vel edificii: quia tunc cessant prædictæ rationes impediti ve licet quo ad omnia alia tale factum sit indi uiduum: quia postea concurrunt dictæ ratio nes, & pro ista illatione, & cō. facit bonustex. in l. 2. §. 1. versi. præterea. ff. de aqua plu. ar. tex. in l. si finita. §. ex hoc edito versi. sed & si im plures de damno. infect. tex. in l. si quis duas. §. si quis partem in fi. ff. commun. p̄c. & in ex presso: ita tenet Bart. in dicta l. stipu. non di. 3. col. 6. oppo. cum quo transeunt commu. doct. ibi Secundo infero quod quando factum est mere personale puta promittit non offendere alium non impedire, vel quid simile tale factū est mere indiuiduum: quia pro parte indiuisa promitti non potest: vt patet ad sensum: quia pro parte aliqua indiuisa ipsius corporis, vel personæ non poterit quis offendere: vel impe dire quin offendat, vel impeditat pro alia: ita Bar. in dict. l. stipu. non diui. 3. col. 6. oppo. quē etiam doctores sequuntur. Tertiò infero quod si promissio, vel obligatio pecunie ordinetur ad factum: vt quia promittatur, vel legetur pro a liquo facto, vel opere faciendo ipsa obligatio pecuniae erit indiuidua sicut ipsummet factū respectu cuius promissa, vel legata fuit tex. est

singul. in l. fidei cōmissa. §. si in opere ff. deleg. 3. cuius verba sunt si in opere ciuitatis facien do aliquod relictum sit vnum quenque h̄ere dem in solidum teneri diuus marcus & lucius Seue. rescripsérūt vnde mortuo debitore qui libet ex h̄eredib⁹ in solidū teneſſicet ille qui soluit possit repetere ab alijs pro portionib⁹ eorum, & per illum tex. ita tenet Ange. in l. in executione. ad oppo. infra eo, & ibi Iоann. de imo. & Pau. de Caſt. & Alexan. in l. 2. §. & harū eo. tit. & iſlud sequor, & teneo licet contrariū exp̄ſſe teneat Bar. in dict. §. si in opere imo, quod obligatio sit diuidua, & quilibet h̄eres teneatur pro parte, & respondet ad illum tex. quod debet intelligi quādo ipſi h̄eredes sunt grauati face i eipſum opus, & in eo expende re certam quantitatem. & illum intelleſtum tenet etiā in ibi Albe. post laco. de are. & tenet Bald. in l. mortuo boue. §. si ff. de legat. 2. Soci. in l. 2. §. & harum infra eo. & ibi Iaso. 3. num. 16. Alexan. sibi contrarius in l. stipulationes non diu. 6. col. nu. 28. Vincen. in l. in executione. 26. col. num. 99. quarto infero q̄ si aliqua quātitas, vel res sit posita in conditione solutionis semper censem tur indiuidua: quia reputatur factum, & pro parte non potest solui. & mortuo debitore non diuitia inter h̄eredes imo qui libet tenetur in solidum in casib⁹, in quibus ins implendi cōditionem transmittitur ad h̄e redētex. est singularis in l. cui fundus. ff. de cō di. & demonſt. cuius verba sunt cui fundus legatus est si decem dederit partem fundi conse qui non potest nisi totam pecuniam numerat, & adhoc notat & cōmendat ibi Bar. Albe. imola, & reputat Singu. Paul. de Caſt. Cinus Bal. Pau. Sali. Corneus, & commun. docto. in l. si plures C. de condi. in sex Quod tamen in tellige quando vni tantum est adiecta prædi cta conditio. secus tamen si pluribus: quia tūc vnuſ quifq; potest implere pro parte & conse qui emolumentum pro parte tex. est in l. si q̄s legata. §. si ff. de condi. & demonſt. & ibi gloſ. or. & commun. docto. & probat tex. in dict. l. cui fundus Quinto infero quod si quis vendat rem certo precio cum pacto de retro vendendo, & talis venditor soluat partem pretii dimidiām tertiam vel quartam non poterit redime re rem venditam pro illa parte similiter, si de cedat venditor relictis pluribus h̄eredibus nō poterit vnuſ eorum redimere pro sua parte & portione h̄ereditaria primo quia talis facul tas redimendi est indiuidua primo quia quan titas ordinatur ad factum hoc est ad traden dam rem quae traditio est facti, vt in l. stipula tiones

## Tomi.II. Cap. X.

tiones non diuiduntur infra eo. ibi fundum tradi secundo: quia talis quantitas, solutio ei<sup>9</sup> videtur posita in conditione vnde in solidum debet præstari: vt possit cōsequi rem argumēto tex. in dicta l. cui fundus ff. de condi. & demonstrat. tertio facit tex. notabilis, & expressus in l. fistulas. q. qui fundum. ff. de contra. emptio. vbi habetur quod si emptor emit fundum ea lege, & conditione: vt soluta pecunia traderetur ei fundus & decesserit pluribus hæ redibus relictis non potest unus eorum partē fundi petere licet offerat precium pro sua parte, & ad hoc notat & commendat ibi Odofre. Bar. Albe. Bal. Sal. Fulgo. & commun. doct. & ratio est secundum eos quia quantitas videtur posita in conditione. Quarto facit tex. notabilis in l. si quis aliam versi. i. ff. de solu. vbi habetur quod euicta repro parte ab emptore potest emptor agere de euictione in solidū pro tota re: quia non est verisimile qđ emisset nisi in solidum efficeretur sua. quinto facit text. in l. q. quod autē. q. fi. cū. l. sequenti: & sequenti. ff. de in diē adiectione. sexto. facit: quia si pro parte posset redimere incideret emptor cum venditore in iuictus in communione quod esset in conuēiens: vt in l. cū pater. q. dulcissimis. ff. de legat. 2. Sexto infero quod si fiat contractus cē sus vel emphitheosis cum pacto quod possit debitor cēsus redimere rem censualem reddendo pecuniam quam recepit pro eo quod ipse, & hæredes eius non possent redemere pro parte imo quod magis est ista illatio, & conclusio habet locum etiam in pluribus dominis vendentibus aliquam rem cum pacto de retrouēdendo: quia unus sine alio non poterit retrahere pro sua parte offerendo partem precii quia cum venditio fuerit facta uno precio nō tenetur emptor reuendere, & tradere rem pro parte sed in totum argumento supra dictorū quæ optimè concludunt. Septimo infero & adhuc in fortioribus terminis qđ si plures dominivendant rem cum pacto de retrouēdendo uno sine alio non poterit retrahere nec redimere pro sua parte argumento prædictorū & in terminis: ita tenet Bar. in l. cui vsus fruct<sup>9</sup> ff. de vſu fru. legat. & dicit: ita consuluisse in ciuitate spoleti idem Bart. in l. si quis aliam. ff. de solu. & ibi Ang. Pau. de Caſt. & alii docto. Bald. in l. 2. C. de pactis inter empto. & vendi. idē Bart. melius quā alibi. in cōſi. 195. Iaso. in l. stipulationes non diuiduntur infra eo. 13. col. num. 20. Soci. in conf. 16. 14. volu. Fabia. de mōte in traecta de emp. & vendi. 2. q. 7. q. principalijs Phī. Deci. in l. eius qui in prouincia. q. quas

verò. ff. si cer. peta. i. col. nu. 8. nec huic sentent. & conclu. obstat tex. nota. in l. si quis legata. q. fi. ff. de con. & demonstrat. vbi habetur qđ si teſtator legauit rem duobus si heredi cētum deſſent talis quantitas est mere diuidua, & quilibet eorum poterit partem suam ſoluere, & conſequi partem rei legatae quia respon. q. ibi loquitur in hærede qui prætendit cauſam lucratiuam ſuperior vero conſclus. loquitur in contractu oneroſo in quo verteretur damnu, praiudicium contrahentis per dictas rationes & certè hanc ſolutionē ego cogitaui, & poſtea reperi. Bar. eam tenere in confi. 195. licet corripte alleget illum text. & ita etiam debet intelligi tex. in l. vxorcim. q. agri plaga. ff. de lega. 3. licet doctores ibi non declarant: pulchrum eſt tamē dubium eſt circa prædicta ſi unus ex dominis venditoribus offerat totū precium an poſſit in ſolidum totā rē redimere in quo breuiter dico. quod non quia alias poſſet poſtea alter dominus venditor petere, & redimere rē offerendo totum preſtium, & in terminis: ita tenet Pau. de Caſt. in l. si quis aliam. ff. de ſolu. contrarium tamen tenet Soci. in l. 1. q. ſed quo tiens. ff. ad Trebe. imo quod poſſit totam rem redimere totum preſtium offerendo, & dicit ſe ita conſuluisse in quaſtione de faſto licet non poṭuit obtinere. Sed pro concordia poſteſt dici quod ſi ille qui vult redimere non oſferat ſatiſfactionem de reſtituenda parte alteri domino venditori volenti poſtea redimere non audiatur licet totum preſtium oſferat: & ita procedat op. Pau. de Caſt. ſi oſferat ſatiſfactionem de reſtituenda parte alteri bene poſſit totam rem redimere: quia tunc nullus eorum reperiatur in danno, & ita procedat opinio ſocini cōtraria pro qua ſenten. & conclu. facit text. ſin. in l. 1. q. ſi pecunia. ff. de poſitivi vbi habetur qđ ſi quis de poſuit penes alium rem cuius reſtituſio aliquo reſpectu eſt indiuidua unus ex hæredibus eius poſterit petere reſtitutionē totius rei prædicta ſatiſfactionē de reddēda parte alteri coheredi & per illum text. ita tenet & decidit Iaso. nimis commendando in dict. l. ſi stipulations non diuiduntur. 13. col. num. 21. ſed ante eū reperio quod tenet ſocinus in dict. con. 16. 7. col. num. 43. utrum tamē eſt quod ſi prædicto caſu unus eorum nolit retrahere, vel renūciet vel ex aliqua cauſa fit exclusus poſterit alter ſocius venditor totam rem redimere in ſolidū qđ ius alterius ei accreſcit argumēto tex. ſing. in proposito in l. fundus ille. ff. de cōtra empti. vbi ſi quis emit rem ſibi & alteri, & in perſona unius non conſiſtit nec valet emptio pars alte- riū

rius accrescit ei: in cuius persona valere potest & ibi notat & commendat glo.or. & commu. doct. & sic hoc casu vnu ex dominis venditoribus posset tota rem redimere: quia aliás esset in dāno, cum pro parte non possit redimere.

Octauo infero, q̄ si emphitheota qui tenetur soluere censum vel emphitheosin, decedat pluri bus hæreditibus relictis, talis obligatio dicitur indiuidua, & licet vnu eoru soluat pro parte, alter verò non elapsō triennio, res emphitheotica vel censualis cadit in commissum acsi nullus soluisset. ita determinat glo.or. in.l. cōmu-ni diuidendo. ff. commu. diui. & commu. doc. & tenet Bar. in.l. fraudati. ff. de publi. & vecti- & ibi Ange. Imol. Cuma. & commu. alij doct. tenet etiam plenē laso. in.l. 2. C. de iure emphyti. 16. col. 17. q. ¶ Nonò infero, q̄ si debitor tradi dit pignus creditori pro debito & decedat pluribus hæreditibus relictis, & vnu eorum ve lit offerre partem debiti pro portione sua hæreditaria, non poterit consequi pignus nisi totum debitū offerat & soluat. tex. est in.l. si ser uus pignori. ff. fami. herfc. tex. in.l. hæredes. §. idem iuris. eo. ti. tex. in.l. 3. C. de nego. gest. tex. in.l. quandiu. C. de distra. pigno. tex. in.l. 1. C. de luitio. pigno. tex. est. in.l. ti necessarias. §. si vnu. ff. de pigno. actio. tex. in.l. in executione §. pe. infra eo. & vtrobiq; commu. doct. ¶ De cimo & finaliter & quidem singulariter infero q̄ licet proximiō consanguineus possit retrahere rem patrimonij vel generis pro codē pre cōcio in nostro regno: tamen non poterit retrahere pro parte, sed in totum per fundamenta superiora posita & adducta in. s. illatione superiōri, quæ certè bene & realiter probant & cōcludūt. Ulta quæ in nostra quæst. & illatione qua sumus consydero legē. 71. in.ll. Tauri: quæ disponit q̄ si plures res patrimonij vel generis vendantur vno & eodem precio, non potest proximiō consanguineus vnam retrahere sine alia: ergo à fortiori, quando vna sola venditur, non poterit retrahi pro parte, & cer te est notablis consyderatio. ¶ Ex quib' omnibus suprà deductis deducitur & infertur in materia, quilla facta erunt merē diuidua: in quibus non concurrunt prædictæ rationes indiuidutatis, nec aliqua earum, ut promissio amplius non agere rem ratam haberi & similia. tex. est in.l. quarta. §. Cato. infra isto titulo. & ibi commu. docto. nam primò tale factum est indiuiduum, ratione cōtractus: quia sicut potest promitti pro tota re, ita pro parte eius. Secundò, ratione distributionis, quia quilibet hæres tenetur non agere pro hæreditaria por-

tione qua successit. Tertiò, ratione solutio nis. Quartò, ratione liberationis: quia si credi tor agat pro parte, & repellatur iam promis sio consecuta est effectum suum: cū vir tute pæcti vel promissionis repel latur agens, & ad aliud non teneatur.

## ¶ De qualitatibus Contractuum.

### Summarium.



*Ontractus quomodo celebretur pure?*

*Si in contractu pure celebrato a liquid debeatur, statim potest peti & iudex debet assignare aliquem terminum intra quæ soluatur, qui terminus debet assignari.*

*An contractus vel stipulatio pura sine causa Valeat.*

*An Valeat promissio reciproca que vulgo dicitur Apuesla.*

*Hodie stante lege regia tertia, titul. 8. lib. tertio Ordina. an in contractu requiratur causa.*

*An & quomodo confessio alicuius debito ris facta inter viuos Valeat & teneat?*

*An & quomodo incertitudo vitiet Contractum?*

*An incertitudo in ultimis voluntatibus vitiet vel non?*

*Incertitudo de genere subalterno quæ potest verificari de pluribus differentibus specie, an vitiet?*

*An de iure Canonico incertitudo vitiet dispositionem?*

*Si pater meliorat filium vel filiam non expressa quantitate, sed simpliciter dicit melioro filium mecum, an Valeat melioratio?*

I An &

# Summarium

- 12 An & quomodo contractus pure celebra  
tus, actio & obligatio eius transeat ad hæredem?
- 13 Si in contractu vel obligatione ponatur di  
ctio taxativa an transeat ad hæredes?
- 14 Si fiat mentis hæredum quos hæredes com  
prehendat?
- 15 Stipulator vel creditor an possit stipulari,  
vel acquirere vni ex hæredibus vel tantum  
vnum granare.
- 16 Ante si sit cōtractus & obligationes quot  
sunt res deductæ in ipso contractu?
- 17 An & quomodo solemnitas requisita in a  
liquo actu presumatur.
- 18 An & quo stipulatio alteri facta valeat?
- 19 Si quis stipuletur copulatiuē sibi & extra  
traneo, an ista stipulatio & promissio valeat  
de iure communi & Regio.
- 20 Si simpliciter quis promittat rem Titio aut  
Seio, alternatiuo modo, an talis promissio va  
leat in persona Seij.
- 21 Si cōtractus celebretur in diem certam, an  
statim sit nata obligatio.
- 22 Debitor in diem certam, an possit ante die  
soluere inuituō creditore?
- 23 Debitor in diem certam si soluit aliquo er  
rore iuris vel facti, an possit repetrere.
- 24 Si creditor sub conditione vel in diem in  
certam agat in iudicio, an possit per iudicem  
repelli etiam parte non petente?
- 25 Si pendente iudicio conditio extiterit, an  
possit debitor condemnari?
- 26 Si simpliciter quis promisit dare Calendis,  
vel in die Paschatis, an intelligat de primis  
Calendis vel de primo die Paschatis.
- 27 Promissio facta sub aliquo tempore, quod po  
test intelligi in principio vel in medio vel in  
fine de quo intelligatur?
- 28 Si promissio sit facta sub conditione nulla,  
oritur actio, nec obligatio pendente condit.
- 29 Pendente conditione, licet non sit nata actio  
nec obligatio, tamen bene est quedam spes à  
iure approbata, que inducit aliquos effectus.
- 30 Si conditio adimpletur & verificetur, va  
let & verificat contractus.
- 31 An aduentus conditionis constitutat de  
bitorem in mora?
- 32 Si contractus contineat conditionem &  
diem, an sufficiat conditionem existere, vel  
requiratur implementum vtriusq;
- 33 Si contractus continet conditionem & diē  
& requiratur implementum vtriusq, an dies  
incipiat currere à tempore jurificatæ condi  
tionis, vel à tempore contractus.
- 34 Si uxori legatur aliquid sub conditione, si  
non nupserit & quod post mortem restituat  
& non paruit conditioni, & sic amisit lega  
tum, an debeat statim restitui, vel post mor  
tem uxoris.
- 35 Si mater non dedit tutorem filio, & filius  
impubes mortuus est infra annum qui datur  
à lege matri ad petendum tutorem, si moria  
tur in fine anni, taliter quod impossibile erat  
tutelam prouidere, an mater priuetur hæ  
reditate.
- 36 An contractus conditionalis & spes eius  
transeat ad hæredes.
- 37 An in contractibus habeat locum cantio  
Mutiana?
- 38 Quomodo contractus est alternatiuē cu  
ius sit electio?
- 39 Si alternatiua ponit res, in quibus cadit  
affectio, cuius sit electio?
- 40 Perempta una re ex alternatiuē debitis, an  
alia remaneat in obligatione?
- 41 Ius eligendi an transmittatur ad hæredes?
- 42 In alternatiua mediorū, an sit electio cre  
ditoris?
- 43 In ultimis voluntatibus in alternatiuē cn  
ius sit electio?
- 44 Contractus annuus in quo differat à lega  
to anno?
- 45 Annua promissio si non sit soluta per tri  
ginta annos, an censeatur prescripta.
- 46 Annua promissio an sit perpetua, & tran  
seat ad hæredes.
- 47 In quo conueniunt annua promissio in cō  
tractu & in ultima voluntate.
- 48 Si testator legat aliquam quantitatem ali  
cui...

- cui persone in diem reiterabilem, putà in die  
diui Ioannis, an debeat intelligi in perpetuum?
- Quomodo contractus est in genere non de-  
terminatare in specie quid sit in obligatione.
- In promissione generica semper quis tene-  
tur ad mediocrem rem de suo genere.
- An et quomodo debitor rei vel quantita-  
tis possit incarcерari.
- Si quis cedit bonis suis non incarcерatur,  
et hodie an habeat locum cesso bonorum.
- Si uxor concurrat cum alijs creditoribus  
qui volunt ut eis seruiat pro debito, an uxor  
preferatur.
- Nobilis an possit pro debito incarcерari.
- Debitor fugiens ad Ecclesiam, an gaudeat  
eius priuilegio et immunitate.
- Debitore mortuo, an possint creditores e-  
ius cadaver detinere.
- Si debitor in diem vel sub conditione post  
debitum contractum efficiatur suspectus, an  
teneatur præstare cautionem.

in. §. omnis. Insti. de verbo. obli. & idem dispo-  
nit lex duodecima. titul. ii. quinta par.

Vnum tamen est quod licet debitum statim  
peti poscit, tamen per iudicem debet assigna-  
ri aliquod tempus miserationis causa: ad real-  
tem solutionem faciendam. text. est in. l. pro-  
missor. §. i. ff. de consli. pecu. tex. in. l. ratum. ff.  
de solu. tex. in. l. quod dicimus. eo. tit. tex. in. l.  
si debitori. ff. de iudi. text. in. l. debitoribus. ff.  
de re iudi. tex. in. l. si cu mili. §. i. ff. de compensa.  
¶ Sed dubium est quantum debet esse istud  
tempus q iudex debet assignare: & breiter  
dico quod in cōstituto datur decem dies. text.  
est in dicta. l. promissor. §. primo. ff. de consli.  
pecu. & ibi commu. doctores. In alijs verò con-  
tractibus tempus est arbitrium. tex. in. l. qd  
dicimus. ff. de solu. & ibi Bar. & commu. doct.  
tex. in. §. fin. Insti. de inuti. stipula. & idem dis-  
ponit lex decima tercia. tit. ii. 5. par. Sed aduer-  
tendum quod istud tempus legale quod da-  
tur miserationis causa ad solutionem facien-  
dam, longè differt à tempore quod inest obli-  
gationi ex cōventione partium. Nam primò  
differt quod ad effectum compensationis, quia  
si intra tempus quod datur à lege, reus ipse cō-  
dēnatus, agat vel petat executionē contra cre-  
ditorem, virtute alterius sententiae, & poterit  
opponere compensationem debiti, licet non  
dum sit transactum temp⁹ datum à lege. texr.  
est in. l. si cum militi. §. fina. ff. de compensa. &  
ibi communiter doctores. & per eum tenet &  
declarat Barto. in. l. ita stipulatus. infra eo. 14.  
nume. 36. & ibi Imola. penultima col. qui dicit  
illum textum singularem, & illum etiam tex.  
ad hoc reputat singul. Alexand. in. l. intra dies  
ff. de re iudica. quod secūs esset si tempus ap-  
positum fuisset ex partium cōventione: quia  
eo durante non potest ponī compensatio, vt  
in. l. quod in diem. ff. de compensa. & ibi com-  
mu. doctores: quia tempus cōventionale ma-  
gis inest obligationi, quia censetur pars eius.  
vt in. l. prima. versi. diem. ff. de edendo quām  
tempus legale, cum concernat tantum in ex-  
ecutione & solutione. ¶ Secundò differt,  
quia si intra tempus cōventionale creditor  
agat, duplicantur inducæ. vt in. §. hodie. In-  
stit. de exceptionibus: secūs tamen est, si cre-  
ditor agat intra tempus legale datum à iudi-  
ce miserationis causa: quia non duplicantur  
inducæ. ita tenet singu. Barto. in. l. ita stipula-  
tus. infra eo. nume. 36. & ibi ad hoc notat &  
commendat Aretinus. 22. colum. Paul. de Ca-  
stro in. l. pecuniam. ff. si certum petatur. & ibi  
Alexand. & vnicus Iaso, & est magis commu-

## Caput. XI.



Item principali-  
ter quero quæ sunt qua-  
litates Contractuum, &  
resolutiue dico, q qui-  
dam est contractus purè  
& simpliciter celebratus  
quidam est cōtractus in  
diem, quidam est contractus sub conditione,  
quidam est contractus alternatiuus.

Contractus purè & simpliciter celebrat⁹ est,  
quādo quis purè & simpliciter promittit rem  
vel pecuniam, nullo tempore vel conditione  
assignata: quo casu statim oritur actio & vtra  
q; obligatio civilis & naturalis, & statim debi-  
tum peti potest. text. est in. l. eum qui calend.  
§. quotiens. infra isto tit. tex. in. l. cedere diem.  
ff. de verbo signi. tex. in. l. in omnibus obliga-  
tionibus. ff. de regulis iuris. text. in. l. cum sine  
præfinitione. ff. quando dies legati cedat. tex.

# Tomi. II. Cap. XI.

nis opinio, licet plure steneant contrarium.  
¶ Tertio differt, quod ad effectum præscriptio-  
nis, quia in contractu vel obligatione in diem  
ex partium conventione, non potest præscri-  
bi nisi elapsu tempore vel die ut in l. cum no-  
tissimi. §. illud. C. de pref. 30. vel. 40. anno. & i-  
bi cōmu. doct. sed in tempore legali potest pre-  
scribi à tempore sententiae ita probat tex. in l.  
in rebus. §. fi. fi. C. de iure doti. per quem ita te-  
net Bart. in dī. l. ita stipulatus. infra eo. & ibi  
Aretinus & alij doctores.

3 Item quarto an contractus, stipulatio, vel p-  
missio pura sine causa valeat & teneat. & bre-  
uiter & resolutiū dicō, q̄ mero iure valet &  
tenet, & producit actionem & vtramq; obliga-  
tionem, & potest creditor agere, tamē debitor  
conuentus poterit opponere exceptionem do-  
li & creditorem repellere, & causa non proba-  
ta veniet absoluend⁹. tex. est capitalis & ex p-  
sus in l. 2. §. circa. ff. de doli except. cuius verba  
sunt. Si quis sine causa ab aliquo fuerit stipu-  
latus, deinde ex ea stipulatione experietur ex-  
ceptio vtiq; dolim alii ei nocebit. & ad hoc no-  
tat & cōmēdat ibi glo. or. Bar. Albe. Ange. Cu-  
man. & cōmu. doct. tex. in l. 1. §. 1. ff. de pollici.  
vbi disponitur q̄ in casib⁹ in quibus potest q̄s  
obligari ex pollicitatione debet intelligi cum  
caula. tex. in l. iuris gentium. §. sed cum nulla.  
ff. de paetis. tex. in l. 1. & in l. 3. ff. de condi sine  
causa. tex. in l. non solū. §. fi. ff. de peculio. tex.  
in l. si stipulatus esses à me. ff. de fide iu. tex. in  
l. cum de indebito. §. fi. ff. de proba. tex. in cap.  
si cautio. de fide instru. & vtrōbiq; cōmu. do-  
cto. confirmatur etiam, quia traditio rei sim-  
pliciter facta sine causa, non operatur transla-  
tionem dominij nec aliquem effectum. tex. est  
in l. nunq; nuda. ff. de acqui. rerum domi. text.  
in l. nuda ratio. ff. de dona. tex. in l. 1. C. de apo-  
chis publicis. libro . 10. cuius ratio fundamen-  
tal is est, quia talis stipulatio vel promissio pu-  
ra & simplex est contractus vel obligatio ni-  
mis generalis quæ potest interponi super plu-  
ribus causis tam iustis q̄ iniustis: vnde meritò  
requiritur causa, vt sciamus & cognoscamus,  
an debeat valere vel non: alij vero contractus  
non requirunt causam, quia sunt speciales &  
particulares, & specialiter destinati super sua  
causa: quæ quidem causa est propria forma cō-  
tractus, & dat formam, & esse ipsi contractui,  
vt emptio, venditio, locatio, conductio, socie-  
tas, donatio & similes cōtractus: & ideo in eis  
non requiritur alia causa. & in terminis ponit  
Bal. in hoc articulo. in l. vnica. C. de confessis.  
3. col. nu. 7. & certè est singularis concludēs &

bene notanda. Adde tamen, quod si stipula-  
tio vel promissio simpliciter facta sine causa,  
potest verificari, & fundari ex aliqua causa  
præcedenti, valebit & tenebit: quia illa censem-  
tur & habetur à partibus pro expressa. textus  
est in l. triticum. infra isto titulo. & ibi notat  
& commendat Pau. de Castro & communiter  
alij doctores.

Sed aduertendum quod à sufficienti partiū  
enumeratione videtur quod secundum hoc  
nō requiratur stipulatio in aliquo actu vel cō-  
tractu, nec habeat locum contractus verborū,  
nec lex nostra regia Ordinamēti: quia si inter-  
uenit causa ipsa, producit actionem & effica-  
cem obligationem, & facit transire contractū  
in propriam speciem contractus. Si vero non  
habet causam, valebit vt donatio, & erit cōtra-  
ctus donationis in quo non requiritur stipu-  
latio. vt in l. si quis argentum. §. fi. C. de dona.  
& ibi glo. or. & commu. doct. Sed huic diffi-  
culty subtiliter respōdeo, q̄ bene requiritur  
causa sufficiens & obligatoria: Sed de ea non  
constat nec reperitur probata nisi per solam  
confessionem partis, vt si quis promittat alte-  
ri per stipulationem quantitatē vel rem ex  
causa emptionis, venditionis, societatis vel si-  
milis contractus: quia tunc licet de illa causa  
non constet nec aliter probetur, valet & tenet  
cōtractus, & obligat promissorem. & causa illa  
tantū confessata vestit & corroborat stipula-  
tionem & contractum verborū, vt oriatur a-  
ctio & obligatio efficax & sufficiens. Si ve-  
ro causa inserta non esset talis quæ sola de per-  
se esset obligatoria, non vestitur nec corroborat  
stipulatio ex ea, nec valet nec tenet effi-  
cacer: sed hoc casu propter rigorem verbo-  
rum & solemnitatis mero & stricto iure ori-  
tur actio & obligatio, tamen obstat exceptio,  
& ita debet intelligi iste passus & articulus: &  
in terminis ita tenet & declarat glo. or. in di-  
cta l. secunda. §. circa . ff. de doli exceptio. vbi  
dicit quod non est sufficiens causa, si promis-  
sor dicat, quia rex est in Francia, sed debet  
adjudicare causam de se obligatoriam, vt mutui,  
vel similem. & ibi tenent communiter do-  
ctores. tenet etiam glo. ordina. in cap. si cautio  
de fide instruct. & commun Canonistæ. Pro  
quibus consydero textum formalem & ex-  
pressum in l. generaliter. C. de non numerata  
pecunia. vbi dicit tex. quod si quis per stipula-  
tionem promisit pecuniam vel rem ex ali-  
qua iusta causa, valet & tenet promissio, licet  
causa non probetur, nec de ea aliter constet.  
& ibi exp̄sē & summē notant & com-  
mendant

dant dect. immo quod magis est nouiter extendo ut sufficiat q̄ illa causa confessata & posita in contractu vel stipulatione sit remuneratoria quæ inducat naturalem motum obligandi, licet non sit condigna rei vel quantitatis promissa, ita tenet singu. Bal. in l. generaliter. C. de non nume. pecu. 3. col. 4. q. Felinus in cap. si cautio. de fide instru. 4. col. nu. 21.

<sup>4</sup> Ex quibus resultat maximū dubium, an valeat promissio reciproca etiam vallata stipulatione qua vtuntur mercatores, quæ propriè dicitur appuesta, in qua vnum promittit alteri si nascatur filius masculus ex tali partu, & alter promittit si nascatur filia foemina, vel si qd tale factum est vel erit, vel quid simile: & videtur quod talis promissio valeat & teneat, quia est conditionalis, & contractus conditionalis non requirit causam, quia ipsa cōditio est sufficiens causa ita probat tex. in l. à Titio. infra isto titulo. vbi habetur quod valeat promissio sub cōditione qualibet sine insertione alteri causæ. & ibi ad hoc notat & cōmēdat Bar. Pau. & commu. docto. tex. in l. hoc iure. eo. titu. tex. in l. quicquid astringendę. §. fi. eo. titu. tex. in l. si quiscum debitore. ff. de iure iu. tex. l. cum ad præsens. ff. si certum peta. tex. in l. ex conditionali. Insti. de verbo obli. quod est verum, & pcedit etiam si ex implemento conditionis nullum commodum vel interesse resulitet contrahentibus, quia causa sufficiens est, quod satisfiat suę voluntati. & ita probant prædicta iura. & in expresso ita tenet & declarat Ange. in dicta. l. cum ad præsens. ff. si certū petta. & ibi commu. docto. idem Ange. in l. si intra. ff. de pactis. & ibi etiam commu. doctores Aretinus in dicta. l. à Titio. infra isto titulo. & ibi Iaso. 2. col. nu. 4. & commu. alij docto. ergo in nostro casu & quæstione proposita valeat & teneat prædicta promissio reciproca. & ita tenet Alexand. & Iaso in dicta. l. à Titio. infra eo. idem Iaso in l. cum ad præsens. ff. si cer. pe-tatur. Felinus in cap. si cautio. de fide instru. licet Pau. de Cast. in dicta. l. à Titio. relinquit quæstionem nostrā indecisam tanq̄ dubiam.

Ad aliam verò partem nostræ difficultatis, in qua dicebamus q̄ stipulatio & promissio si non continet causam, valet & tenet, quia habet vim donationis, & contractus donationis non requirit stipulationem. Respondeo, q̄ debet intelligi quando expressè constat & probatur per creditorem q̄ debitor promisit scie ter sine causa sciens se nihil debere quod poterit probare ex cōfessione partis vel ex aliquibus præfationibus vel præsumptionibus: se-

cūs verò in dubio, quando talis certa scientia non probatur, quia tunc talis promissio siue causa non valet, quia præsumitur aliquo erro refacta & non ex certa scientia: & tunc debitor non tenetur in effectu opposita exceptio ne doli, & tali casu verificatur nostra regula, & conclusio quæ habet q̄ stipulatio & promissio sine causa non valet. & ita debent intelligi & concordare iura per me superius adducta. Et istam sententiam & declarationem probat tex. in l. cum de indebito. §. fi. ff. de proba. tex tus in ca. si cautio. de fide instru. & tenet & de clarat Imola & moderni in dic. l. à Titio. infra eo. Cin⁹. Albe. Bal. Pau. & commu. doct. in l. generaliter. C. de non nu. pecu. Abbas & Canoniſtæ in dict. ca. si cautio. Ange. Pau. & moderni in l. iuris gentiū. §. sed cū nulla. ff. de pactis. & est commu. opi.

Iuxta quod tamē necessariò quero, si hodie in nostro regno stante lege ordinamenti. 3. tit. 8. lib. 3. Ordinamenti, requiratur causa in tali contractu vel promissione: & breuiter teneo, q̄ sic. Primo, q̄ illa lex tñ voluit tollere solenitatem verborū & præsentiam contrahentium requisitam de iure communī, nō verò somentum & substantiam obligationis. Secundō, q̄ tñ operatur hodie simplex promissio quod ad formam & validitatem contractus, sicut stipulatio de iure cōmuni: sed stipulatio de iure cōmuni requirit causam. vt in dicta. l. 2. §. circa. cū similib⁹. ergo etiam requirit eam simplex promissio in nostro regno. Tertio, quia prædicta res regit animū & voluntatē obligandi, sed q̄n in promissione nō interuenit causa, uō præsumitur adesse animus & voluntas obligandi, sed poti⁹ error qui tollit consensum, vt in l. si per errorem. ff. de iuris. om. iudi. & in l. si pculatō. la. 2. ff. de acquiren. rerum domi. Quarto, facit tex. formalis & expressus in l. 1. §. 1. ff. de pollicita. vbi habetur q̄ etiam in casib⁹ spe cialib⁹ in quibus promissio valet & tenet per solam pollicitationem requiritur causa: ergo similiter requiratur hodie in nostro regno, licet generaliter ex nudo pacto vel pollicitatione oriatur actio. Quintō & notabiliter facit, quia licet de iure Canonico ex solo pacto nudo oriatur actio attenta æquitate & solo animo & voluntate promissoris. vt in cap. 1. de pactis. ibi cōmuni. doct. tamē semper requiritur causa & sine ea. non oritur efficax actio. argu. tex. in d. l. 2. §. circa. cum similib⁹. & in expresso ita tenet Bal. in l. si diuisione. C. fami. herc. in fi. idem Bal. in l. cū quis. C. de iuris & facti igno. antepe. col. nu. 17. Abb. Pano. in ca. si cau-

tior.de fide instru.2.col.nu.2. & ibi Feli.1.col. &.1.notabili.idem Feli.in.ca.1.de pactis.fi.col. nu.15.ergo eodē modo requiratur hodie causa in nostro regno stante prædicta.l. Ordinamenti. & initium est verū q̄ promissio sine causa, non valet neq; obligat promissorem efficaciter proposita exceptione de iure Civili, Canonico & Regio, vt procedat & habeat locum etiam si promissor iuret. Primò, quia in tali p̄missione præsumitur error & non consensus, vt suprā dixi. Secundò, quia iuramentum debet continere tria substantialia.s.iudicium, veritatem & Iustitiam: quæ omnia hic deficiunt. & in terminis ita tenet Rosse. in libellis suis in rubri.constitutio Frederici Imperatoris.9.colu.nu.22. Pro qua sententia & concl. consydero tex.singu. & vnicum in suo casu.in.l.fi. C. de non nu.pe. vbi habetur q̄ si quis confessus est spe futuræ numerationis mutuum recepisse, & iurauit soluere, poterit opponere exceptionem non nume.pecu. si pecunia non sibi numerata fuit: quia alijs non habuit animū & intentionem obligandi, & iuramentum non firmat talem contractum & p̄missionem: tanquam sine causa & someto obligationis, & ad hoc notat & commendat ibi glo.or.Odofred. Pe.Cinus,Iaco.Butri.Bar.Albe.Bal.Pau.& cōmu.doct.& reputat singu.Bal.in ca. quæ in eccliarū.de consti.5.col.Notat etiā & cōmedat Bar.in.l.si quis pro eo.ff.de fide iu.fi.col. Bal. in.l.non dubium.C.de legibus.pe.col.idē Bal dus.in.l.1.C.de ope.liber. ergo in nostro casu, & quæstione.idem erit dicendū q̄ ex p̄missione nuda & simplici sine causa etiam iurata non oriatur efficax actio & obligatio. Item adde q̄ superior conclu. quæ habet q̄ stipulatio vel p̄missione scienter facta sine causa valet & tenet, quia inducit donationem, debet intelligi quando fit mediante stipulatione: secūta men est si fieret nudo pacto: quia licet scienter fit facta, non oritur efficax actio, & licet de iure nouo codicis ex nudo pacto donationis oriatur actio, vt in.l.si quis argentum.6.fi. C.de dona.tamen debet intelligi quādo fit donatio expressa: secūsi tacita, vt nostro casu, ne detur duplex specialitas cōtra tex.in.l.1.C.de dotis promis.ita Bar.post Guiller.in.l.iuris gentium.6.quinimo.ff.de pactis.fi.col. idem Bar. in.l.si tibi decem.in fine.eo.tit.Bal.Ange.Pau. & moderni in.l.iuris gentium.6.sed cum nulla eo.tit.Bal.in.l.si quo pacto pœnā.C.de pactis idem Bal.in.l.si certis annis.eo.tit.Imola in.l. in ædibus.6.1.ff.de dona.& ibi Roman.& alij doct.Pau.in.l. quæ dotis.ff.solu.matri.pe.col.

idem Pau.in.l. generaliter. C.de non nu.pecu.3.col.Areti.Alexan.& moderni.in.l.à Titio.in fra isto tit.Bal.in Rubri.de pactis extra.Anto. & Imola in ca.qualiter.eo.tit. & ista est magis commu.opi.secundum Alexan.in.l. si aliquā rem.ff.de acqui.posse.fi.col.& secundū Iaso.in l.iuris gentium.6.quinimo. ff.de pactis.8.col. nu.21. Aduertendum tñ q̄ hodie in nostro re. gno, ista conclusio non procederet, imò teneo q̄ ex pacto nudo & simplici p̄missione sc̄ter facta sine causa induceretur donatio, & oriatur efficax actio & obligatio, quia cum nostra lex regia inducat ius cōmune & determinet q̄ ex pacto nudo & simplici p̄missione sine stipulatione oriatur actio, & operetur idē q̄ stipulatio sequitur, q̄ ex tali pacto vel p̄missione scienter facta sine causa oriatur actio & obligatio efficax, & inducetur donatio, q̄a non dicerentur concurrere duas specialitates, sicut de iure communi.

6 Item principaliter quaro, an & qñ confessio alicuius debitoris emanata inter viuos valeat, & teneat & quem operatur effectum, & breuiter & resolutiū è dico, q̄ confessio facta in absentia creditoris veleius in cuius fauore emanauit, non valet nec tenet, nec est alicuius effectus.tex.est iuncta glo.or.in.l.1. in fi. ff.de interro.actio.& ibi cōmu.doct.text.iuncta.glo.or. in.l.qm.ff. de his qui no.infra. & ibi etiam cōmu.doct. Quod tñ limitu & intellige præter q̄ si talis confessio fuit geminata & ex interuallo non incontinenti: quia tūc valet & tenet & præiudicat confitenti.tex.est singu.in iure.in l.cum scimus. C.de agri.& censi.lib.ii. quæ ibi ad hoc summè notat & cōmedat Bar. Platea & cōmu.doct.Iaso vbi plura adducit in confirmationē in.6.in personā. Insti. de actio.nu.43,pbat etiam tex.in.l.vna. C.de plus peti. Vnū tñ est q̄ licet confessio extrajudicialis facta in absentia. nō valeat nec præiudicet cōfidenti, tñ debet intelligi qñ est sola: secūs tñ est, sicū ea concurrat vnū testis vel aliqua præsumptio vel indicium, quia tunc plenē pbat & præiudicat cōfitei, quia nō est omnino nulla, sed inducit saltē semiplenā,pbationem.argu.tex. in.l.quaro.6.fi.fl. de ædil.edict. & intermisita tenet in.l.1.C.de furtis. Pau.in.l.1.C.de falsa cau.adiect.lega. Iaso in.l.adimendi.fl.de iure iu.nu.129. Itē etiā hoc debet intelligi qñ talis confessio fit in absentia: secūs tñ si in praesentia, quia tunc valet & tenet & plenē pbat. ista est gl.singu.in.l.cū de indebito.6.fi.fl.de proba.& ibi cōmu.doct.tenet etiam Bar.in.l.cum quis decedens.6.codicillis.fl.de lega.3.

Conse.

263  
ius nouum.

**Confessio** tamen extra judicialis facta in scriptura publica bene valet & tenet, & praejudicat cōfidenti. **tex. est** formalis & expressus in l. generaliter. C. de non nu. pe. & ibi glo. or. & commu. doct. & idem est quando talis confessio fit in epistola vel alia scriptura priuata facta in praesentia vel absentia. **tex. est** in l. Publia, Meuia. §. fi. ff. depositi. & ibi glo. or. & commu. doct. cuius ratio est: quia scriptura semper loquitur, & est plusq; geminata confessio. & fit cum maxima deliberatione: unde plenè probat. Aduertendum tamen q; in casibus in quibus dixi q; confessio valet & tenet & praejudicat cōfidenti, debet intelligi ut inducat probationē: non vt p̄ducat actionē & obligationē vt ex ea agatur, & est maximē effect⁹ ppter modū & formā petitionis secūdū doct. vbi suprà. Confessio verò facta in iudicio, valet & tenet adeo q; cōfidentis habetur pro condemnato & tantum superest executio. **tex. est** vbi plenè vi de doct. in l. vnicā. C. de confessis.

7 Item quāro an, & quādo incertitudo vitiat contractum vel non, in quo articulo resolutiū dico & propono sequentes conclusiones. **Prima cōclusio**, q; incertitudo in verbo dispositivo ea parte promissoris vitiat contractum & obligationem, modò fiat per pactum, modò per pollicitationem, modò per stipulationem, vt si quis dicat alteri, satis fiet tibi, decem dabūtur tibi. **tex. est** expressus in auten. si qñ yfi. si autem. C. de consti. pecu. cuius verba sunt. Sin autem dixerit satisfiet verbo impersonaliter prolato, non tenebitur. & ibi notat & cōmendat Pe. Cin⁹, Iaco. Bar. Albe. Bal. Ange. Sali. Pau. & commu. doct; **tex. in** auten. vt cū de appella. cognos. §. ad hoc. yfi. si quis autem colla. 8. & ibi Bart. Iaco. de bello viso. Ange. & commu. doct. & idem disponit. l. 3. tit. II. 5. par. cuius ratio est: quia cum verba sint dubia & in certa, non videtur animus obligandi & in dubio ita est præsumendum. argu. **tex. in** l. cum de indebito. §. fi. ff. de proba. Ex quo infero, q; ista conclu. procedet etiam hodie in nostro regno stante lege ordi. 3. tit. 8. lib. 3. qua cauetur q; qualiter cunq; constet quem velle obligari remaneat obligatus. ¶ **Secunda concl. incertitudo** ex parte creditoris cui fiat pmissio non vitiat contractum & obligationem: vt si quis dicat in alterius praesentia promitto dare decem: nam tunc ille promissor remanet obligatus, quia intelligitur promissio facta ipsi praesenti. **tex. est** qui sic debet intelligi in l. stipulatio ista habere licere. §. sicut infra isto tit. cuius verba sunt. Et nihil intererit vtrūm ita sti-

puler habere licere an mihi haberelicere. & ibi commu. doct. tex. in. §. si quis ita cōsdein legi. tex. in. l. 1. & in. l. siue mihi. ff. de stipu. ser. text. in. §. siue aut. Insti. eo. tit. cuius ratio est, qa semper stipulator, vel ille cui est facta promissio videtur sibi prospicere & velle acquirere. arg. **tex. in** l. si paetū. ff. de proba. & istam rationem ponit Pet. Cinus, Albe. & commu. doct. in dict. auten. si quando. C. de consti. pecu. ¶ **Tertia concl. incertitudo** in verbo executio tantū non vitiat contractū nec obligacionem, vt si quis dicat alteri, promitto tibi q; da buntur vel soluentur decem: nam licet non dicatur nec exprimatur per quem debeant dari vel solui, tamen intelligitur ab eo qui fecit promissionem vel idoneum pmissorem loco eius ponere. **tex. est** in l. fi. §. fi. ff. cer. peta. quem ibi ad hoc notat & cōmendat Bar. Albe. Paul. & commu. moder. Ex quo nota q; licet promissio facti alieni nō valeat nec obliget, tamen debet intelligi quādo exprimitur & nominatur certa persona: secūs verò si nulla exprimitur nec declaratur: quia tunc promissor videtur nominatus, & sic valet & tenet. & ad hoc illū **tex. reputat** ibi singularem Pau. & moderni. facit etiam **tex. in** l. illa stipulatio. §. l. infra eo. tit. & in. l. si quis stipulatus. §. fi. eo. tit. ¶ **Quarta concl. incertitudo** circa tertiam personam nominandam per creditorem nunquā vitiat contractum nec obligationē: quia semper censetur nominatus hæres eius, vt si quis stipuletur ab alio pecuniam dari vel solui ei quem ipse creditor in vita vel morte nominauerit, vel ei cui velit relinquere: nam tunc illa tercia persona non nominata censetur nominatus hæres creditoris & stipulatoris, & ei quæritur actio & obligatio & virtus contractus. **tex. est** singu. & vnic⁹ in l. 4. C. de contra. & committen. stipu. quem ibi ad hoc reputat singulare & vnicum Bal. in l. prima. ff. de paetis. fi. colu. Alexand. in l. stipulatio ista habere licere. §. si quis ita. infra isto titulo. & ibi Iaso & alij moderni. Decius in l. fi. §. fi. si certum petatur. 3. col. nume. 13. Ex quo singulariter infero, q; licet alteri stipulari nemo possit, vt in l. stipulatio ista. §. alteri. infra eo: tamen illud est verum & procedit quando exprimitur & declaratur persona extranea: secūs verò si nulla declaratur. quia intelligitur nominatus & declaratus hæres stipulatoris, vt illo textu singulari. Quam tamen sententiam & conclusionem nouiter intelligo, quando talis res vel pecunia perpetuō erat restituenda creditori, & apud eum remansura, vel apud personam per eum

notwinandam: vnde tali casu persona aliqua non nominata, merito censetur haeres non nominatus, & queritur ei, quia in nullo damno remanet debitor, quia cum perpetuo debeat debeat remanere penes personam nominandam, on interest debitoris quod restituatur vni vel alteri, vnde ea non nominata pertinet haeredi, & ipse censetur nominatus: secus verò si res debeat temporaliter & non perpetuo, vt si quis accepit rem in coactionem vel emphitheosin pro certo precio, pro se & aliquibus personis quas ipse ante mortem nominauerit quia talibus personis non nominatis res conducta vel emphitheosica non transiuit ad haedes recipientis, sed soluitur contractus & res reuertitur ad dominum qui eam concessit in locationem vel emphitheosin: quia longè potest differre vna vita ab alia & non militat eadem ratio, & confirmatur quia ea quae consistunt in declaracione animi, non sunt transfusibilia. *tex.est in l. idem Pomponius scribit. si frumentum. §. si de rei vend. quod reputo nouum & subtile.*

**8** *Quinta conclusio, incertitudo ex parte debitoris in ultimis voluntatibus non vitiat dispositionem, vt si testator dicat in testamento vel codicillis dentur vel soluantur Titio centum quia intelligitur quod haeres teneatur dare & semper censetur haeres grauatus. *tex.est singularis & vnicus in l. si seruus legatus. §. qui marginatam. ff.de legatis. i. & ad hoc summe notat & commendat ibi Bal. Imola, Pau. & communito. notat etiam & commendat Bart. in l. quidam relegatus. ff.de rebus dubijs. 2. col. Bal. in l. stipulatio ista. §. si quis ita. infra isto titu. illū etiam tex. reputat singularem & vnicum Bal. in auten. si quando. C. de consti. pecu. i. col. in fine. reputat etiam singu. Alexan. in l. si. §. fin. ff. si cer. peta. 2. col. nu. 3. & ibi Iaso. 2. col. nu. 2. Decius. 3. col. nu. 18. reputat etiam singularem & vnicum Rodericum Suarez in l. post rem iudicatam. ff.de re iu. fo. 24. 2. col.* **Sexta conclusio, incertitudo circa personam haeredis vel legatarij vel alterius honorati cui aliquid relinquitur, semper vitiat dispositionem modò nulla persona sit nominata, modò sit nominata, sed de ea dubitatur. *tex.in l. Paulus. la. 2. ff.de rebus dubijs. text. in l. quotiens. §. si quis nomen. ff.de haere. instit. tex. in l. in tempus. §. quotiens. eo. tit. tex. in l. haeredes palam. ff.de testa. tex. in l. iubemus. eo. tit. tex. in l. qui plures. ff.de vsu fructu. lega. tex. in l. si fuerit. ff.de rebus dubijs. tex. in l. si quis de pluribus. eo. tenu. tex. in l. cum ex pluribus. ff.de manu. testa.****

*tex. in l. duo sunt Titij. ff.de testa. tute. ¶ Septima conclusio, incertitudo quæ venit certificada ex aliquo futuro eventu, nunq̄ vitiat dispositionem in contractibus neq; in ultimis voluntatibus. *tex.est in l. vter ex fratribus. ff.de condi. instit. text. in l. 2. §. si quis ita. ff.de bono. posse. secundū tabu. tex. in l. quidam relegatus. ff.de rebus dubijs. tex. in l. si quis ita scriperit eo. tit. tex. in l. si seruus legatus. §. huiusmodi. ff.de lega. i. tex. in l. §. in certis. Instit. delegatis. & vtrobiq; commu. doct. ¶ Octaua conclusio, incertitudo fauore pauperum non vitiat relictum. *text.est capitalis & expressus in l. id quod pauperibus. C. de episcopis & cleri. cui verba sunt. Id quod pauperibus testamēto vel codicillis relinquitur non vt incertis personis relictum evanescat, sed omnibus modis certū firmumq; consistat. & ibi commu. doct. & divisio & distributio fit huiusmodi: Quod si in illo loco in quo testator mortuus est, hospitale in quo sint pauperes, executor testamenti, vel episcopus debet inter eos relictum diuidere: si verò sunt plura hospitalia, datur pauperiori: si verò nullū reperiatur hospitale, datur & distribuitur inter pauperes illius loci. *text.est in l. si quis ad declinandam. C. de episcopis & clericis. & ibi communiter doctores. & licet testator habeat plura domicilia, debet præferri domicilium habitationis: hodie tamen si testator non expressit formam & modum distributionis, debet dividere inter paupere illius loci vbi mortuus est. ita probat textus in Autenti. de ecclesi. titu. §. si quis autem collatione 9. & ibi glossa ordinaria in secunda lectura. & ita tenet expressè Barto. Paulus de Castro. & communiter doctores id dicta. l. si quis ad declinandam. & idem disponit lex vigesima. titu. lo. 3. sexta par.* **Nona conclusio, incertitudo pecuniae vel quantitatis vel eorum quæ consistunt pondere, numero vel mensura, vitiat dispositionem in contractibus & in ultimis voluntatibus. *tex.est expressus in l. ita stipulatus. versi. primo. infra isto titu. & ibi notat & commendat Bart. 3. col. 4. oposi. & communiter doctores. tex. in l. triticum. cod. titu. tex. in l. vbi autem non appareat. eodem titu. text. in l. si sic. §. i. ff.de lega. primo. quod intelligi nisi ex conjecturis vel ex aliqua causa precedente inter partes possit colligi quantitas vel vel numerus: quia valet promissio, & non vitiat propter incertitudinem. vt in dicta. l. triticum. infra eo. & ibi communiter docto. Vnum tamen est quod si testator certam quantitatem frumentivini, olei, vel eorum quæ pōdere,******

dere nū. vel mensura consislit legavit & in patrimonio suo reliquit illud genus de eo est facienda solutio, & non tenetur hæres aliunde emere, & soluere: ita probat tex. notabilis in l. 3. ff. de tritico vino & oleo legato quem ibi ad hoc. notat & commendat Bart. & doctores antiqui probat etiam tex. in l. titia. §. sempronie. ff. de auro & argen. legat. & ibi docto. & idem est in contractibus tex. est nota. in l. si quis argentum. §. i. C. de dona. & ibi notat, & commendat Bal. & commun. docto. Alexan. in l. legato generaliter de lega. i. 2. col. facit etiam tex. in l. domini prædiorum. C. de agri. & censi. libr. ii. & ibi Bar. & commun. doct. decima con. incertitudo in genere generalissimo vitiat dispositionem in contractibus & vltimis voluntatibus: vt si quis promittat vel leget animal substantiam rem, vel ens simpliciter & absolute quia dando quamlibet minimam rem de mū doliceretur promissor, vel hæres ita probat tex. in l. vbi autem non appetat infra isto. tit. & ibi commun. doc. tex. in l. cum post. §. gene. de iure doti & tenet gloss. ordi. & ibi comm. docto. tex. in l. legato generaliter. ff. de lega. i. glo. & ibi etiam docto. in. §. si generaliter insti. de legatis. ii. con. incertitudo in genere sub alterno quod potest verificari de pluribus differentibus specie viciat dispositionem tam in contractibus quam in vltimis voluntatibus, vt si quis promittat vel leget animal quia dando quod libet minimum de mundo liberaretur debitor vel hæres: ita probat iura superiora, & tenet glo. or. in. d. l. legato generaliter. ff. de lega. i. & in. §. si generaliter Insti. de legat. ii. concl. incertitudo in genere inferiori quod potest verificari in pluribus differētib<sup>9</sup> numero quod dialectici appellant specie non viciat dispositionem vt si quis promittat vel leget rem in genere quæ habet certos fines determinato à natura, vt seruum equum bouem, vel qd simile text. est in l. legato generaliter. ff. de legat. i. tex. in l. si seruus legatus. §. dū homo eo. titu. tex. in l. 2. ff. de optio. legat. text. in l. hæres mei. §. si incerto. ff. fami. hærs. tex. in. §. si generaliter insti. de lega. tex. in l. 23. titu. 9. 6. part. cuius ratio est quia hoc casu non est omnimo do incertitudo cum parū distet vna res ab alia 13. cō. incertitudo res in genere quæ nō habet certos fines determinatos à natura nec facto hominis viciat dispositionem vt si quis promittat vel leget fundum rusticum nulla demonstratione facta quia dando palmum terra debitor liberaretur. text. est formalis & express<sup>y</sup> in l. ita stipulatus. j. isto tit. y. s. dari nō adiecto

nomine, & ibi notat gl. or. Bar. tex. in l. vbi au. tē non appetat eo. tit. tex. in l. cū post. §. gener. ff. deiuredoti quod singulariter extēde modo promissor vel testator habeat vel relinquat fundos in patrimonio modo non ita Bart. in dict. l. ita stipulatus. 4. col. 8. oppo. & ibi imola. 5. col. Areti. Ripa. & alii docto tenet etiam glo. or. in l. cum post. §. gener. ff. de iure doti. gloss. etiam. or. in l. si quis duas. §. si quis partem. ff. cō. præ. & istam dicit magis cō. op. imola in. dict. l. ita stipulatus. 5. col. & Iaso. in l. legato generaliter. ff. de lega. i. pe. col. contrarium tamē tenet petrus de Bella perti, in dict. l. ita stipulatus quem ibi refert Bart. 4. col. 8. op. imo q̄ si promissor vel testator habeat fundos in patrimonio valeat promissio vel legatū in eo quē velit dare sicut fit distinctio infundo urbano puta domo vel alio ædificio, vt in l. si domus de lega. i. & idē tenet ibi Albe. 6. & 10. col. Pau. de Cast. 3. col. Alex. . col. 1a. 8. col. nu. 15. & ista dicit magis cō. op. Ias. in l. si domus pe. col. de leg. i. & dicit magis cō. op. Ri. in. d. l. ita stipula. 9. col. nu. 31. confirmatur ista opinio quia semper videtur deducta res in dispositione eo modo quo erat eius tempore vt in l. si ita legatū ff. de auro. & argē. lega. & in l. fi. §. i. de leg. 3. & in l. Rutilia Pola. ff. de cōtra. emp. ergo. si tēpō re. cōtractus vel testamenti promissor vel testator habebat fundos in suo p̄imoniō diuīfōs, & determinatos aliquib<sup>9</sup> signis & cōfinib<sup>9</sup> vī vnū ex ei p̄mittere vel legare nec possūt iā sola volūtate & destinatione palmū vel digitum terre dare nec fundū minorē constituere q̄litas tvel modus q̄ erat tēpō dispositiōis debet atēdi. Sed his nō obstatib<sup>9</sup> ego teneo primā cō. sent. i. quia oīa iura primo allegata indistincte loquuntur & cū misterio. tex. in l. si dom<sup>9</sup> dele. i. & ei<sup>9</sup> distin. loquit in fundo Urbano & si habet locū in fūdo rusticō certe expressa esset. 2. quia maior rō & incertitudo vertitur in fundo rusticō q̄ vrba. q̄ rustic<sup>9</sup> pōt intelligi ad se minādūvel dī prato vinea orto velatio simili q̄ non ēst in urbano; quia cōsidero q̄ fundus rusticus licet habeat aliquos fines certos, & limētes facto hominis tamēnō sunt ita fixi perpetui & certi sicut fundi urbani q̄a vna dom<sup>9</sup> nāgis realiē distinguunt p̄ cemēta, ligna, lapides & parietes medias & sic in fūdo rusticō nō cōsidera vera & realis certitudo sicut in urbano ideo merito dispositio genericā fundi rusticā viciatur propter incertitudinem. 4. conclus. incertitudo rei in genere quæ non habet fines determinatos à natura: sed facto hominis nō viciat dispositionem: vt si quis promittat

# Tomi. II. Cap. XI.

vel leget domum nauem , vel simile edificium quia si habet domos, vel naues in patrimonio valet, & tenet promissio & legatum, & promissor, vel haeres eligit quod am velit soluere si vero nullam domum vel nauem haberet non valet promissio, nec legatum: Sed est nullius momenti: tex. est singularis, & vnicus in iure in l. si domus. ff. de legat. i. & ad hoc notat & commendat ibi glo. or. Bart. Albe. & communiter doctores antiqui & reputat singularem & vni cum Pau. Imola, & Iaso. & idem disponit lex. 23. titu. 9. 6. part. & licet non reperiatur expressum in iure in contractibus tamen etiam habet locum & procedit in eis cum sit eadem ratio, & ita tenet Barto. in dict. l. ita stipulatus infra eo. 5. col. quem sequuntur commu. doct. 15. conclu. incertitudo circa factum, vel rem ædificandam viciat dispositionem, nam si quis promittat alteri, vel grauet haeredem domum ædificare, vel aliud edificium facere non determinato loco promissio, vel legatum non valet tex. est in dict. l. ita stipulatus infra eo. & ibi glo. or. & cō muniter doct. text. in. l. qui in solidum eodem titu. tex. in. l. 3. §. si quis insulam. ff. de eo quod certo loco tex. in. l. eū qui in' fulā. ff. de iudi cuius ratio est: quia alias posset fieri in loco in quo nulla utilitas proueniret creditori. item etiam requiritur exprimatur qualitas & forma ædificii, quia viciaretur propter incertitudinem secundum communem opinionem quod est verum & procedit præter quam in causa pia: quia in ea valeret dispositio incerta: vt si quis promittat, vel grauet haeredem ædificare ecclesiast. vel hospitale: quia tenetur facere iudicis arbitrio attenta facultate testatoris, & qualitate suæ personæ, argumento text. in. l. quidam in testamento. ff. de lega. 2. & ibi tenet imola & alii docto. Imo quod magis est ista sent. & cō. habet etiam locum in qualibet causa pia quia valebit dispositio incerta & certificabitur ratione, ipsius cause & qualitatis personæ debitoris tex. est nota. & expressus in. cum post. §. genera. ff. de iure doti. & ibi commun. docto. tex. in. l. si cui. ff. de annuis lega. tex. in. l. penult. ff. de alimen. & ciba. lega.

Sed aduentendum quia contra prædictas se offert tex. mirabilis & expressus in. l. quidam haerede. ff. de triti. vino, & oleo lega. vbi disponitur qd si testator simpliciter legat vxori, vel alteri frumentum, vinum, oleum vel quid simile: quod pendere numero vel mensa consistit non viciatur dispositio propter incertitudinem sed valet, & tenet, & videtur relictum omne frumentum, vinum, vel oleum quod habet in suo

patrimonio, & certe est nouus, & fortissimus tex. contra prædicta iura quæ habent quod incertitudo viciat dispositionem tam in contractibus quam in ultimis voluntatibus, & videtur carere responsione, sed sustinendo prædicta respon. ad illum tex. primo modo quod loquatur, & procedat quando legatum consistebat in alimentis, vel causa pia: ita ibi solus Barto. sed ista solutio apperte est falsa: quia tali casu non debere totum frumentum vinum, vel oleum, sed tantum secundum qualitatem personæ. item quia de hoc non esset aliqua quæstio nec consulti essent varii, vt dicit ibi tex. cū clare erat iam decisum per alia iura quod valeret vel aliter & secundo respon. quo dille tex. vult quod licet in contractibus in certitudine viciat dispositionem in his quæ pondere numero: vel mensura consistit modo habeat illud in suo patrimonio modo non, vt supra dictū est tamen secus est in ultimis voluntatibus quæ valet, & tenet legatum, si aliquid reliquit in patrimonio, & totum videtur relictum: ita gloss. or. ibi & ibi sequitur albe. post dinum, & antiquos, & tenet & sequitur Iaso. in. l. ita stipulatus infra isto titu. 7. col. num. 14. sed iste intellectus similiter non potest teneri: quia iura superius allegata quæ dicunt quod promissio. vel legatum incertum rei quæ pondere numero vel mensura consistunt non valeat simpliciter, & generaliter loquitur modo promissor, vel testator habeat illud in suo patrimonio modo non unde aliter & tertio cogitauit quod verus sensus, & intellectus illius tex. est quod ibi legatum est factum cum signovniuersali qd totum comprehendit dicendo lego totum frumentum &c. vel lego ipsum triticum quod in vulgaris significaret, mādo todo el trigo, o mādo el trigo: quia tunc totū veniret. & comprehendenderetur in legato, vel dispositione, & ad omnē illud videtur se referre testator & iste est meus nouus & singularis intellectus ad illum text. salua pace melius sentientis: aduentum tamen quod superiora quæ habent quod regulariter incertitudo viciat dispositionem in contractibus, & ultimis voluntatibus debet intellecti de iure civili sec⁹ tñ est de iure canonico, & eius equitate: quia valebit dispositio & regulabitur secundum qualitatem personæ & patrimonii: ita singulariter determinat Archi. in. c. sunt non nulli. i. q. i. & illud dictum extollit & commendat Anto. in cap. ex parte de censib⁹ & ibi alii canonistæ & reputat singulare Abb. in cap. i. de decimis. Annania in capit. cuius iuramento. de homicidio, & ibi Felin. Alexan. vbi dicit

dicit esse legistis in cognitū in dict. l. ita stipula  
tus infra eo. 3. col. & ibi Iaso. 2. col. & Rip. 8. col.  
num. 25. aduertendum etiam quod iura prædi-  
cta quæ habet quod incertitudo viciat dispo-  
sitionem debent intelligi quando agitur de cō-  
trahenda, vel inducenda obligatione secus ve-  
ro si de ea dissoluenda, vel proroganda, vt si  
creditor post quam cessit dies obligationis sim-  
pliciter prorogauit terminum debitori nullo  
determinato die vel tempore: quia talis incerti-  
tudo non viciat prorogationem imo mode-  
rabitur tempus iudicis arbitrio fauore libera-  
cionis ista est gl. or. iuncto tex. in. l. enulius me-  
melius. ff. de mino. q̄ ibi ad hoc notat & cōmē-  
dat Bar. & docto. antiqui, & reputat ibi vnicā  
Bald. 1. lec. 2. colū. idem Bald. in capi. 1. de noua  
forma fidelitatis. 2. colū. in vſibus feudo. illam  
etiam, appellat auream idem Baldus. in. l. & si  
post tres. ff. si quis cau. prima lectura secunda  
columna. Et ex superioribus similiter & necel-  
fario quero si pater vel mater in testamento,  
vel cōtractu, inter viuos meliorauit filiū vel fi-  
liā nō designata aliqua q̄titate: sed simpliciter  
dixit melioro filiū meum, an talis melioratio  
valeat: vel vicietur propter incertitudinem? &  
videtur quod valeat in quinto primo quia sem  
per testator videtur grauare hæredes minus  
quam possit tex. est in. l. idem iulianus. §. scio.  
ff. de legatis primo. vbi disponitur quod si te-  
stator legat fundum cornelianum cum plures  
haberet eiusdem nominis minimus videtur lega-  
tus, & idem est in contractibus tex. est in. l. qui  
ex plurib⁹. ff. de ver. obl. secundo per text. in. l.  
numis. ff. de legat. tertio vbi si testator legat au-  
reos cum plures reperiātur diuerſi valoris mi-  
nores videntur legati tertio per text. in. l. si ita  
relictum. ff. de legat. secūdo & in. l. qui cōcubi-  
nam. §. primo. ff. de legat. tertio vbi habetur q̄  
si testator legat tantam partem quantam ha-  
bet vñus hæres eius & plures sunt hæredes in-  
equaliter in instituti legatarius debet habere mi-  
norē partem ex his quæ fuerunt hæredibus as-  
signatae ergo in nostro casu filius simpliciter  
melioratus habeat quintum bonorum. Secun-  
do & principaliter videtur quod talis meliora-  
tio incerta valeat in tertio primo quia meliora-  
tio tertij propriè cadit inter filios & alteri non  
conuenit vt in. l. nona. titu. 5. libro tertio foro  
legum, & in. ll. tauri & dispositio defuncti vel  
cōtrahentis semper debet regulari secūdu quia  
litatem personæ cui fit tex. est in. l. plenum. §.  
æquicui. ff. de vſu. & habitione quæ ibi ad hoc  
notat, & commendat Odoſſe. Bar. Albe. Bald.  
& commun. docto. tex. in. l. penul. ff. dealimē.

& ciba. lega. tex. in. l. sticus. ff. delegat. tertio.  
tex. in. l. stipulatio ista habere licere. §. hic qui  
infra isto titu. tex. in. l. eius versi. tales. ff. de pe-  
libert. tex. in. l. cum plures. §. final. ff. de admit.  
tuto tex. in. l. quibus diebus. §. dominus. ff. de  
condi. & demonstra. text. in. l. ex militari. ff. de  
mili. testa. vbi si princeps concessit alii cu mili-  
ti factiōnē testamenti actiūam quam perdi-  
derat propter delictum, intelligitur / vt possit  
testari iure militari secundum conditionem  
suę personę. text. in. capit. pastoralis de dona.  
per quem tenet ibi innocen. quod ex persona  
dantis, & eorum quæ dantur debemus cogno-  
cere quid dari intelligatur, & ex isto fundamē-  
to &, ratione istam sententiam & conclusionē  
tenebant aliqui doctores huius vniuersitatis.  
**Tertio**, principaliter videtur quod talis me-  
lioratio incerta valeat & teneat in tertio &  
quinto bonorum primo quia pater vel mater  
faciens meliorationem videtur se referre ad o-  
mne illud quod per leges huius regni potest  
facere & se extendere & per relationē ad aliud  
hoc est ad prædictas leges efficitur certa dispo-  
sitio argumento tex. in. l. à se toto. ff. de hære.  
insti. tex. in. l. institutio talis. ff. de condi. insti.  
tex. in. l. si ita scriptero. ff. de condi. & demon.  
tex. in. l. certum est. ff. si cer. peta. secundo pro  
hac parte facit. tex. nota. in. l. si ita quis in test.  
ff. de lega. secūdo vbi habetur quod si testator  
legauit alicui tñ quātū per legē capere pōt va-  
let, legatū in omni eo in quo de iure pōt esse  
capax. tertio facit text. in. 3. & in. l. fi. ff. de pen.  
lega. vbi si testator simpliciter & genericē le-  
gauit alicui penū vñ legare omnia illa quæ po-  
ssunt comprehendī sub illo vocabulo. ex quo  
infert ibi Bart. q̄ si quis legat alteri cameram  
suam videtur legare omnes res quæ ad came-  
ram erant parat. 4. facit tex. in. l. 26. in. ll. tauri  
vbi disponitur quod si pater vel mater fecerit  
aliquam donationem simpliciter filio suo quā  
uis non sit dictū neq; expressum q̄ eū melio-  
rat in. 3. & 5. intelligi in eo esse meliorat⁹. cōfir-  
mat etiā q̄ a tñ valet genericā dispositio quo  
ad gen⁹ sic particularis q̄ ad specie vt in. l. ce-  
tūrī cū mā ff. de vul. & pu. & in. l. lucius. eo. ti.  
& istā partē teneo & sequor in hac subtili &  
difficili quæ. q̄ memini. pposuisse qdā crā. do.  
q̄ rū maior pars dicebat & asserebat talē melio-  
ratio nē viciari. ppter in certitudinē p̄ iura su.  
plerius adducta ista mā qb⁹. pbaf q̄ tā in cō-  
tractib⁹ q̄ in vltimis voluntatib⁹ incertitudo vi-  
ciat dispositionem/nec obstant iura superius  
adducta prob. proma. opin. quia intelligūtur  
quando dispositio testoris erat certa respectu  
rei

rei vel quantitatis: sed dubitabatur de qualitate eius. s. an senserit de maiori, vel minori cum in utroq; sensu posset intelligi nam tunc inter illigitur in minori: sed in nostro casu, est omnino modo incertudo ideo viciat dispositionem Secundo non obstante iura adducta pto secunda opinione: quia ibi similiter dispositio erat certa. sed dubitabatur de qualitate, & modo eius, & tunc regulatur, & intelligitur, secundum qualitatem personæ cui fit. tertio non obstante iura pro tercia opinione adducta qd in eis dispositio efficitur certa per relationem ad aliud quia expresse testator se retulit ad illud sed in nostro casu non se retulit ad legem neq; ad aliud ex quo melioratio possit certificari, & eodem modo ad text. nota. in dict. l. si ita quis in testamento. ff. de legat. secundo: quia ibi testator expresse se retulit ad legem dicendo quod legabat omne illud quod posset legatarius capere: sed in nostro casu pater vel mater ad legem vel aliud non se retulit, sed simpliciter dixit melioro & talis dispositio tanquam in certa non potest valere neq; per relationem ad aliud effici certa ex quo infertur quod si in nostro casu pater vel mater diceret melioro filium meum in omni illo valeret melioratio in toto tertio & quinto argumento text. in. l. si ita qd in testamento. ff. de lege. 2. iuncta communione, neque obstat etiam text. in. l. tertia, & si. ff. de penu. lega. quia ibi fuit dispositio testatoris certa, quia per legem expresse reperitur determinatum quid contineatur sub penu. vn de legando simpliciter penum videtur legare oē illud qd sub penu. comprehenditur. secundus vero est in nostro casu, quia sub isto verbo melioratio non reperitur dispositu quid vel quantum comprehendatur, neq; obstat etiam & similiter. l. 26. in. ll. Tauri quia ibi pater vel mater fecit certam donationem in quantitate vel re & fecit eam simpliciter non dicendo nec declarando, an in ea sit filius melioratus, vel non, & dicit lex. quod talis filius videatur in ea melioratus virtualiter adhuc vt ei vel alteri non possit pater, vel mater, amplius meliorare, & si excedat valorem tertii, & quinti valeat in tertio quinto, & legitima non tamen dicit nec voluit. quod si simpliciter & absolute pater vel mater dicit melioro filium meum Ioannem quod censeatur melioratus in aliquo: sed his non obstante but firmiter teneo in nostra subtili, & difficultate quæstione quod talis melioratio valeat & teneat in tertio, & quinto bonorum: vt supra dixi & fundau.

12 Item quero an & quando contractus pure celebratus actio, & obligatio eius transeat ad hæredes vel non in quo articulo magistraliter & resolutiue dico quod regulariter transit ad hæredes tam actiue quam passiue quia hæredes post aditionem hæreditatis representant ipsum defunctum in totum si est unus solus hæres vel pro parte hæreditaria si sunt plures hæredes. text. est in auten de iure anno. præ. post princi. co. 5. textus. in. l. hæres, & hæritas. ff. de usuca. tex. in. l. in omne ius. ff. de acq. hære. tex. in. l. & 2. & per totum titulum. C. d. hære. actio. tex. in. l. cum à matre. C. de reiven tex. in. l. debitori. C. de pactis text. iuncta gl. & commun. opi. in. l. 2. §. f. ff. de præ. stipul. & in expresso ita probat tex. in. l. si pactum. ff. de pba. vbi pactum de non petendo factum debitori transit ad hæredes eius cuius rationem ponit ibi consultus: quia in contractibus semper partes videntur prospicere sibi & hæreditibus suis, adhoc notat ibi glo. or. odofre. Bal. Sali. & Iaco. de san. Geor. text. in. l. iurisgentium. §. pætorum. ff. de pactis tex. in. l. tale pactu in pri. eo. tit. tex. in. l. stipulatio ista. §. sicut autem infra isto titu. ex quo infertur quod ex contractu de sui natura transitorio ad hæredes mentio heredum est superuacua, & nihil operatur neq; est noua actio in persona hæredum sed illamet quæ erat pœnes defunctum nec requiritur nec caufari potest nova præscriptio contra ipsos hæredes: sed illa sola sufficit, & consideratur quæ fuit incepta contra defunctum: ita probat tex. no. in. l. eum qui ita. §. te & titu infra isto titu. & ibi Bart. & per eum ita etiam tenet no. Bart. melius quam alibi in. l. stipulatio ista. §. si quis: ita si. col. &. q. infra. eo. item infertur quod etiam si aliquis ex hæreditibus fiat non soluendo alii non tenentur cum ipso iure sit diuisa inter eos actio & obligatio pro parte vt in. l. 2. §. f. de præ. stipul. & in. l. 1. & p totam de hæret. actio. quod primo extende et procedat nedum quando simpliciter quis se obligavit vel contraxit verum etiam si promisit pro se tm vel pro eo solo: qd etiā tūc promissio vel obligatio. transit ad hæredes ni expisse & specialiter actu fuerit qd nō trāseat ad hære. tex. est no. in. l. stipula. ista habere licere post prin. versic. sed si se infra isto titu. cuius verba sunt sed si si se obligat ne ipse faciat quo min⁹ habere licet obligatur etiam ne hæres suus faciat & ibi notat. Bart. commun. tex. in. l. si ne cessarias. §. de vēdēdo. ff. d. pig. act. vbi habeat qd si creditori sit data facultas vendendi pignus poterit etiam vendere eius hæres, & ibi notat.

Bart. Paul. Sali. & commun. scribentes bonus tex. in. l. iuris gentium. §. paetii. ff. de pactis vbi habetur quod in dubio persona pacto in seruitur non ut pactum sit personale: sed ut demōstretur perso. cum qua contractum est, si verò expresse & specialiter dictum est quod non transeat ad hæredes tunc non transit text. est notab. in. l. non solum la. 2. §. tale. ff. de libe. lega. & ibi no. Bar. Albe. & commun. docto. antiqui text. in. l. idem in duobus. §. i. ff. de pactis tex. in. l. & hæredi. §. fi. cum. l. sequenti eo. titu.

tii quo casu nec in cōtractibus nec vltimis vo-luntatibus non habet locum cautio mutiana vt supra dictum est. Tertio facit tex. in l. quid quid astringendę. §. fi. infra isto tit. vbi si quis promittit mihi quantitatem vel rem sub con-ditione negativa si non ascenderit capitolium infra biennium nihil debetur nisi toto biennio transacto: sed nihil etiam probat quia nō est cōditio negativa perpetua item: quia ponitur in persona debitoris, & non creditoris. Quar-tò facit tex. singu. & melior de iure in. §. si quis ita stipuletur in isti de verbo. obliga. vbi dispo-nitur, quod conditio negativa in persona cre-ditoris apposita idem importat quod promis-sio collata in tempus mortis eius, cuius verba sunt si quis stipuletur, si in capitolium non as-cendere dare spondes: perinde erit ac si stipu-lus esset cum morietur sibi dari. quem adhoc reputat singu. Fulgo. in l. 3. ff. de condi. ob cau-sam. 2. col. & ibi Roma. dicens non esse ab alio ponderatum: il lum etiam adhoc notat & com-mendat Fulgo. in dicta. l. siue apud acta. C. de transa. & ibi Lance. Decius Alexan. 2. col. Iaso, 4. col. & si queraras quā potest esseratio, per q̄ habeat locum cautio Mutiana in vltimis volū-tibus, & non in contractibus, dico quod pri-ma ratio potest esse: quia vltima voluntas nō debet esse ita in pendent, sicut contractus, vt in l. fi. ff. commun. prædio. istam rationem po-nit Rai. & alii docto. in dicta. l. Mutiana. Sed i-sta ratio non concludit, quia ex mente & vo-luntate defuncti vltima voluntas bene potest esse in pendent, vt in toto titu. ff. de condit. & demon. Secunda ratio potest esse fauor vltime voluntatis tex. in l. in testamentis. ff. de regul. iu. cum simi. istam ponit Imola, & alii doct. in dicta. l. Mutiana: sed ista similiter non conclu-dit cum ratio fauoris, vel specialitatis non da-tur. Tertia ratio potest esse, quia hæreditas, vel Legatum, semper intelligitur relictum pro be-ne meritis honorati, vt in l. nec adiecit. ff. pro-socio, vnde esset iniustum solutionem differ-re. Istam ponit Soci. in dicta. l. Mutianæ prima oppo. Quarto vera & subtilis ratio sit, quia si non præstaretur cautio Mutiana in vltimis vo-luntatibus non transmitteretur, tanquam reli-ctum conditionale: ideo ibi fuit maximè neces-saria, vt supra dixi. Sed in contractibus bene transmittitur dispositio conditionalis, imo in ipsa morte purificatur, vt in. §. conditionali. In isti. de verbo. obli. & in l. vna. C. vt actio ab hæ-re. & contra hære. istam ponit Christofo. de caste. in dicta. l. siue apud acta & in dicta. l. ita sti-pulatus infra eo & in dicta. l. 3. ff. de condi. ob

## Tomi.II.Cap.XI.

cau. quam sequitur & sibi ascribit Christofo.  
 por. in dicto. §. ex conditionali. Insti. de verb.  
 obli. in fine : sed attēde contra istam rationem  
 facit subtile fundamentum: nam per mortem  
 verificatur conditio, & transmitteretur legatū  
 licet non hereditas & ex isto fundamento ista  
 rationem mordet Iaso. in dict. l. siue apud acta  
 C. de transa. §. colū. nu. 20. & in. l. 3. ff. de con. ob  
 cau. pe. col. ex qua subtili ratione infertur no.  
 quod si in cōtractu deducitur aliqua res de sui  
 natura non transmissibilis, vt si promittis mihi  
 alimenta, vel vsum fructū si nō fecero hoc  
 quod tali casu p̄ficta cautio Mutiana po-  
 tero statim consequi & petere: ita singu. deter-  
 minat Bald. in auten. cui relictum. C. de in dic.  
 vidui. tollen. fi. col. in fine. quod dictum repu-  
 tat singu. Alexan. licet illud reprobet in. l. i. C.  
 de paētis. fin. colū. in prin. Iaso. in. l. 3. ff. de cō-  
 ob cau. 4. colū. num. 16. Sed ego teneo sentent.  
 Bal. tanquam veram & æquam attenta eius ra-  
 tione quia alias illa dispositio nunquam sorti-  
 retur effectum, & in dubio partes videntur ge-  
 rere actum potius: vt valeat, quam pereat argu-  
 mento tex. in. l. quotiens inslipationibus in-  
 fra isto titu. & in. l. quotiens la. 2. ff. de rebus du-  
 biis, cum simi. & ista consideratione istam sen-  
 tentiam, & conclu. Bald approbat & tenet So-  
 cinus in dict. l. Mutianæ. §. col. ff. de con. & de.  
 dicens q̄ ista op̄i. seruaretur in practica prop-  
 ter autoritatem Bal. & istam etiam consequi-  
 tur, & approbat Ripa in dic. l. ita stipulatus in-  
 fra isto titu. 15. col. nu. 45. Iaso. in addi. ad Chri-  
 stofo. in. §. conditionali. pe. col. Insti. de verbo.  
 obli. nec obstant iura pro contraria parte ad-  
 ducta in primo fundamento: quia fateor, quod  
 bene valet argumento de vlti. volun. ad cōtra-  
 etus & contra: quando aliud non reperimus  
 expressum & est eadem ratio: sed in p̄fenti  
 reperimus aliud contrarium expressum & mi-  
 litat diuersa ratio ergo. &c. Non obstant etiā  
 iura adducta in secundo fundamento: quia in  
 eis p̄fatur cautio ab ipso debitore vel obli-  
 gato in diem, vel conditio propter suspicionē  
 personae, alias si non potest p̄fari cautio fit  
 sequestratio bonorum, nec per hoc inducitur  
 aliqua actio, qua statim possit petere: sed in  
 nostro casu, & quæstione loquimur ex parte  
 creditoris honorati, cui aliquid debetur sub  
 conditione negatiua: vnde ageret statim & cō-  
 sequeretur debitum, si possit p̄fari p̄dī-  
 etia cautio Mutiana. aduentum tamē quod  
 supradicta habent locum, & procedunt in cō-  
 ditione defuturo contingente, quæ habet sead  
 esse, & non esse: tamen alia est conditio de p̄-

senti vel p̄terito, vt si Titius vinit. vel titius  
 est, vel fuit iam consul. quia si talis conditio ve-  
 ra est, statim obligat, & non suspendit contra  
 etum: sed cēsetur de p̄fenti pura, & perfecta  
 obligatio. quāuis partes ignorent implemē-  
 tum cōditionis: & illa est propriè cōditio quæ  
 concipitur in futuris, & suspendit: non vero in  
 p̄fenti vel in p̄teritum tex. est formalis in  
 l. cum ad p̄fens cum. l. sequenti, & sequenti.  
 ff. si cer. pe. & ibi glo. or. Odofre. Bar. Albe.  
 Ange. Pau. Soci. Iaso. & Phili. Decius tex. in. l. con-  
 ditio in p̄terito infra eo. cuius verba sunt cō-  
 ditio in p̄teritum non tantum in p̄fensi  
 pus relata statim aut perimit obligationem  
 aut omnino non differt. tex. in. l. si ita stipula-  
 tus fuero hanc summam infra isto tit. tex. in. l.  
 cum in secundo. ff. de iniusto, rupto. tex. in. l.  
 zo institutio talis. ff. de cōdi. Insti. tex. in. l. eas cau-  
 sas. ff. de condi. & demon. tex. in. l. 3. §. si patro-  
 nus. ff. de bonis liber. tex. in. §. conditiones. In-  
 sti. de verbo. obli. tex. in. l. 12. ti. n. 5. par. ex quo  
 infero sequentia. Primo quod in vltimis volū-  
 taiibus talis conditio non impedit transmissio-  
 nem, etiam si ignoratur implemētum eius per  
 hæredem, vel legatarium transmittentem. Se-  
 cundo infero quod licet testamentum, in quo  
 filius reperitur institutus sub conditione ca-  
 suali, vel mixta: sed nullum, vt in. l. si pater. C.  
 de insti. susli. tamen illud debet intelligi quan-  
 do conditio esset de futuro: secus vero, quan-  
 do esset de p̄feti. vel p̄terito. Tertio infero  
 quod si cauetur lege, vel statuto quod teneat-  
 tur quis respondere libello, vel positionibus  
 pure & non sub conditione, sub certa poena  
 debet intelligi si respondeat sub cōditione de  
 futuro: non vero de p̄fenti vel p̄terito.  
 Quartò infero quod licet actus legitimus, vt  
 est aditio hæreditatis, adoptio, arrogatio,  
 datio tutoris, vel curatoris, vel similis actus, nō  
 possit fieri sub conditione, vt in. l. actus legitimi.  
 mi. ff. de regu. iu. tamen debet intelligi quan-  
 do sit sub conditione de futuro, secus vero de  
 p̄terito, vel p̄fenti. Quinto infero quod  
 licet bona, vel iura conditionalia non confis-  
 tur, vt est glo. singu. & com. mun. op̄i. in. l. non  
 ad ea. ff. de condi. & demonstr. tamen debet in-  
 telligi quando debentur sub conditione de fu-  
 turo. secus vero de p̄fenti, vel p̄terito quæ  
 omnia colliguntur ex mente doctorum in di-  
 cta. l. cum ad p̄fens. ff. si cer. peta. alia est con-  
 ditio necessaria non suspensa, vt si quis pro-  
 mittat alteri. si dixit cælum non tetigerit, vel  
 quid simile: quia non suspendit: sed statim o-  
 bligat, & promissio: vel obligatio habetur p̄to  
 pura,

pura, text. est in. l. impossibilis infra isto tit. in fine cuius verba sunt, aliter aliter atq; si talis cōditio inferat, si cælum nō a scenderis: nam hæc vtilis, & præsens est & pecuniam creditam cōtinet, & ibi commun. doct. tex. in. l. in illa stipulatione si calendis infra eo. tex. in. l. si pupillus §. qui sub cōditione ff. de noua. tex. in. §. si impossibilis. Insti. de inu. stipu. & idem disponit. l. 17. titu. ii. 5. par. quæ est corrupta in exemplo quia dum dicit si taxieres debet dicere si no-taxieres, & istud habeo pro constanti. aliam est conditio necessaria quæ habet de pendentiam & tractum de futuro, vt promitto tibi centum si moriar & in hac vertitur dubium an statim promissor teneatur an vero expectandus sit dies mortis, & resolutiū dico quod modo fiat promissio per dictiōnem, si modo per dictiōnem cum expenſtandus sit dies mortis, & antē non tenetur promissor, ita probat text. in. l. quodcunq; §. non solum infra isto titu. text. in. l. quibus. §. quidam titio. ff. de condi. & demonstr. per quaē iura istam sententiam, & conclusionem tenet magistraliter Bart. in. l. ita stipulatus infra isto titul. 16. col. nu. 47. & ibi moderni. idem Bar. in. l. quodcunq; §. non solum. infra eo. & ibi Pau. & commu. doct. idem Bar. in. l. extraneum. la. i. C. de hære. Insti. & ibi Ange. Pau. & Alex. qui dicit hanc esse magis commun. op. idem Ange. Paul. Imola. & commun. doct. in. l. si pupillus. §. qui sub cōditione ff. de no. Socinus in. l. quibus diebus. §. qui dam Titio. ff. de condi. & demonstr. aliam est conditio impossibilis de natura, vel factio, vel de iure & talis conditio vitiat & annullat cōtractū modō sit bone fidei, modo stricti iuris tex. est in. l. si impossibilis. j. isto tit. tex. in. l. nō solū. ff. de acti. & obli. tex. in. l. certi cōdicitio. §. quoniam. ff. si cer. peta. tex. in. §. si impossibilis in. sti. de inuti. stipula. & idem disponit. l. 17. titu. ii. 5. par. cuius ratio vera & mentalis est, quia promissor non videtur habere animum se obligandi: ita probant prædicta iura, & ibi tenent commun. doct. & in tantum hoc est verum vt non firmetur iuramento, vt in. l. non dubium. C. de legibus item etiam non potest ei accedere fideiussor: vt in. l. sub impossibili. ff. de fideiussor. Item etiā in tm est verū vt procedat, & habeat etiā locū in distraictu, & liberatione fauorabili. ista est glo. singularis, & vnicā in. l. cum donationis. C. de tran. q̄ ibi adlioc sumē notat & cō. doct. & reputat singularē, & vnicā Bal. in sua margarita in parte liberatio. secus tñ est in vltimis voluntatibus: quia valet & tenet dispositio, & ipso iure tollitur de me-

dio talis cōditio impossibilis. tex. est in. l. 1. & 4. ff. de cōdi. Insti. tex. in. l. ille autē institutiones eo. tit. tex. in. l. 2. ff. de cond. & demonstr. tex. in. §. impossibilis Insti. de hære. insti. & idem disponit. l. 3. tit. 4. 6. part. In quo articulo in ma- teria summi dubito de ratione quia legislato residentur sibi contradicere. nā si in contra- ctibus est ratio quia videtur deficere animus & voluntas obligandi ergo à fortiori idem de beret esse in vltimis voluntatibus, in quibus maior voluntas, & libertas requiritur. duplex tamen ratio potest assignari prima fauor vlti- mē voluntatis ratione cuius præsumitur volū tas, & in expresso, ita tenet Imola in. l. 1. ff. de cōdi. Insti. & confirmat quia similiter reiicitur in matrimonio eius fauore. tex. est in capit. fi. de condi. apposi. & ibi commun. docto. Secunda ratio, quæ potest assignari est quod ius non fauet contrahentibus, qui potuerunt apertius loqui, secus in vltimis voluntatibus: vbi quis forte morte, vel infirmitate turbatus non po- 38 uit animum suum perfectè declarare, ita Fa- ber. in. §. impossibilis Insti. de hære. insti. Qui- dā est cōtractus alternatiuus, vt quādo quis, p- mittit alteri stichū aut pamphilū, equum aut bouē, vel alias res alternatiuē: quo casu resolu- tiuē dico, q̄ si alternatiua ponitur in rebus. in qbus nō cadit affectio vt in pecunia vel tēpore vt siq̄ promittit alteri. io. aut. 15. vel soluere in fra annū, vel, j. bienniū tunc ipso iure nō tenet debitor, nisi in minoriū & maioriū tēpore, & sic tenetur ad sola. io. vel soluere. j. bienniū cu- ius ratio est: quia lex semp interpretatur q̄ sol- uet q̄ minimū est, imò etiā si ipse eligat, & velit soluere maiorē summā illud erit virtute nouæ donationis nō virtute cōtractus, vel obligatio- nistex. est in. l. si ita stipula. fuero. io. aut. 15. in fra isto titu. text. in. l. inter stipulantem. §. si sti- pulantem eo. tex. in. l. inter eos. ff. de fide iussi. text. in. l. si ita relictum. §. final ff. de legat. 2. & vtrobiq; Bar. & commu. doct. ex quo infertur quod isto casu. non tenetur creditor agere & concludere in libello alternatiuo modo peten- do utrāq; summā, sed pōt simpliciter & absolu- tē petere minorē: quia illa sola est in obligatio- ne ita notabiliter tenet Faber in. §. huic Insti. de actio. secunda colum. num. 6. item infertur quod si maior summa soluatur per debitore illud plus erit donatio & non debit solutio: ait Bartolus in. l. si duo in fra isto titu. Alexander, Iason, & moderni in dicta l. si ita stipula- tus infra eo. si verò alternatiua ponitur inter res quibus cadit affectio vtraque est in obli- gatione & dicitur vnicus contractus respectu concep-

## Tomi. II. Cap. XI.

cōceptionis verborum, & respectu solutionis possint dici plures obligatiōes respectu rerū & hōcasu debitoris est electio modo loquamur in cōtractu lucrativo, modo in contractu one roso tex. est capitalis & expressus in l. plerū que. §. fi. ff. de iure doti. & ibi gl. or. & commun. docto. text. in l. vbi autem non apparet. §. qui illud aut illud infra isto titu. tex. in l. si duo rei eodem titu. tex. in l. illud aut illud, ff. de cons. pecu. text. in l. si in emptione. §. si emptio. §. si emptio. ff. de contra. emptio. tex. in l. huic Insti. de actio. tex. in l. in eo. ff. de regu. iu. text in regula in alternatiis, de regu. iuris in l. tex. in cap. i. de plus peti. tex. in l. 24. tit. ii. 5. par. quod tamen no. intellige, quando simpliciter fit pro missio alternatiua: secus verò si dirigantur ad creditorem, quia eius est electio. tex. est no. in l. si ita distrahatur. ff. de contra. emptio. & ibi docto. & illum tex. ad hoc notat & commendat. Paul. de Cast. in l. planè. §. si ita titio. ff. de lega. i. & ibi Cuma. & Iaso. & tenet Bald. in l. qui duos eo. titu. melius tamen probat tex. in l. si sic stipulatus fuero infra isto titu. & ibi Bart. & commun. docto. idem etiam tenent do 40cto. in l. lucio. ff. de lega. 2. Vnum tamen est q̄ perempta vna re ex alternatiū debitis, remanet obligatio in alia. & illam tenetur debitor prēcise soluere text. est in l. stichum aut pamphilum. ff. de solu. text. in l. non vtiq; ff. de eo quod certo loco. text. in l. cum is. ff. de condi. indebi. text. in l. statu liberum. §. stichum aut pamphilum. ff. de lega. 2. & idēm disponit. l. 23 titu. ii. 5. par. quod tamen intellige quando me lior, & perciosior perempta est, & vilior remansit: secus verò è contra si melior & perciosior remansit, & vilior sit perempta: quia tunc debitor liberatur soluendo estimationem rei per rempta: ita probat tex. in l. cum res legata, ver siculo qua ratione. ff. de legat. i. & ibi docto. & per illum tex. tenet Bar. in l. stichum aut pamphilum. ff. de solu. 2. col. nū. 5. idem Bar. in l. sti chum aut pamphilum infra isto titu. quod tamen intellige, quando aliqua ex rebus alterna tiū debitis est perempta sine culpa, vel mora creditoris: secus verò alias, vt quia fuit sibi obla ta & noluit recipere: quia fuit sibi oblata, & noluit recipere: quia illa postea perempta, liberatur debitor, & non tenetur aliamq; remansit soluere p̄stare tex. in l. stipulatus sum dam infra isto titu. & ibi glo. or. Bart. & commun. docto. aduertendum tamen quod contra p̄dictam sententiam & conclusionem facit tex. no. & ibi commun. op. in l. electio. §. si is q̄. ff. de noxa. vbi disponitur quod si seruus qui

dedit noxam decesserit statim dominus eius liberatur ab obligatione, pecunia vel quantitatis, quam pro damno dato debebat, ex quo deducitur quod perempta re, quae erat posita in solutione, cuius occasione emanauit obligatio, perimitur totaliter ipsa obligatio, facit etiam text. in l. titiæ textores. §. fi. ff. de legat. i. tex. in l. in naue Sampheli. ff. locati ergo in cō tractu alternatiuo, perempta vna re ex alterna tiuo, perempta vna re ex alternatiū debitis, cuius solutione liberetur promissor, extinguatur obligatio: sed respon. notabiliter ultra do. quod in dict. l. electio. §. si is ad quem denoxa cum simi. illa obligatio pecunia, vel quantitas ad quam dominus tenetur fuit causata pri cipaliter occasione ipsius serui, & ab eo habuit causam & originem vnde eo mortuo domin⁹ remanet liberatus, & extinguitur obligatio: sed in nostro casu utraq; res ex alternatiū debitis est in obligatione mediante contractu, & promissione licet alternatiuo modo, & vna nō debetur ratione, vel occasione alterius: sed principaliter, & de perse, & licet illa res perempta sit in facultate soluēti tamen non fuit causa vel origo obligationis producenda: sed ipsa persona debitoris, & eius promissio & contratus: vnde vna re perempta non tollitur nec extinguitur obligatio in alia, quę superest. Itē adde quod talis creditor alternatius non potest petere vnam ex rebus alternatiū debitis: sed debet agere alternatiū & formare libellū secundum propriam virtutem, & naturā contractus, & si aliter agat absoluetur reus ab instantia iudicii, & actor condemnabitur in expensis vt in l. §. huic Insti. de actio. & in l. 15. tit. 2. 3. part. ex quo infertur quod licet libellus de beat esse certus, & similiter sententia, vt in l. cu rare Insti. de actio. cum simili. debet intelligi q̄ do declaratio in certitudinis est in facultate actoris: secus verò si debitoris: quia tunc bene procedit talis libellus incertus, & in terminis: ita tenet Bar. & commun. docto. in l. vbi autē non apparet. §. qui illud infra isto titu. idē Bar. in l. stipulationes non dividuntur eo. titu. fin. col. & quæst. & ibi etiam commun. docto. & facit tex expressus in l. i. §. qui autem. ff. quorum lega. & ibi notat Bar. & commun. docto. & per eum idem tenet Bart. Albe. & commun. doct. in l. quod in hæredem. §. eligere. ff. detribu. idem Bar. in l. edita actio. de aedendo. §. co. num. 18. & ibi Bald. fin. col. & commun. doct. idem Bald. iu. l. i. C. de furtis Faber Ang. & docto. in l. §. sed iste quidem Insti. de actio. praci pue Iaso. 12. columnā num. 71. Abb. & commun. doct.

41 in causa de libe. obla. Item adde quod mortuo debitore qui debet eligere vel mortuo credito re in casu quo sibi pertineret electio tam in contractibus, quam in ultimis voluntatibus illud ius eligendi transmittitur ad haeredes. text. est in l. si stipulatus fuerit illud aut illud infra isto tit. & ibi glo. or. Bar. & commu. doct. tex. in l. illud aut illud ff. de optio. lega. & ibi commun. doct. cuius ratio est, quia sicut principalis obligatio est transitoria: ita facultas eligendi quae est ei accessoria. Nec obstat quod eius & facultas declarandi non transit ad haeredes vt probat tex. in l. idem Pomponius scribit si frumentum. §. fi. ff. de rei vend. & ibi glo. ordi. & commun. doct. quia illud est verum & procedit quando ius & facultas declarandi competit ex legis dispositione & ex proprio beneficio eius: secus vero si competit ex proprio contractu & dispositione partium: quod iterum intellige quando alicui competit electio ad modum & utilitatem eius: secus si ad communum, & utilitatem alterius: quia tunc non transit ad haeredes: tex. est in l. vnum ex familia. §. rogo. ff. de lega. 2. text. in l. fi. §. sed & si quis. C. commun. delega. tex. in l. fi. C. de contra. emp. text. cum materia in l. si quis arbitratu infra isto titu. Ex quo infertur quod ille, cui est data facultas meliorandi, & eligendi vnum ex filiis testatoris iuxta l. 30. in l. Tauri non potest illud ius declarandi transmittere. item infertur quod si iudex condemnauit aliquem ad penam exilii secundum arbitrium & voluntatem suam talis declaratio non transit ad successorem in officio, sed extinguitur & finitur morte argumento tex. in l. 4. ff. locati & in l. certe deprecario. ita tenet Bartolus, in l. centesimus. §. fin. infra isto titulo, & ibi commun. moderni Cinus Baldus Salicetus, & commun. docto. in l. final. C. de contra. emptione: sed in hoc articulo legendu, & consulendo semper tenui, & nunc etiam teneo contrarium: immo quod talis poena exilii non finitur, nec declaratio eius quia non posuit iudex illam penam: vt priuatus, sed vt publicus iudex, ratione officii: unde successor in officio declarauit tempus exili secundum qualitatem delicti personae, & probationis: argumento textus in l. mortuo iudice. ff. de iudi. textus in l. proponebatur eodem titulo & virobiique notatorum.

42 Item adde qd in alternativa mediorum electio non est debitoris, sed debitoris cui remedia competunt: qd eius fauore evidentur posita & confessio: ita probat textus. in l. cum proposas. C. de transactio. & ibi communis opin. docto,

text. in l. tercia. C. de positi. text. in l. quod in haeredem. §. eligere. ff. de tributo. text. in l. tercia versi. & generaliter ff. deo quod cer. lo. tex. in l. nemo ex his. §. quotiens. ff. de regul. iuris. ex quo infertur no. in practica quod si debitor promisit soluere in certo termino, aut dare fideiussores vel pignora, quod potest creditor adueniente termino praeceps petere debitum & non recipere fideiussorem nec pignora, & in expresso istam sententiam, & conclusio. tenet Guillermus in l. quanuis. ff. de pigno. acti. & ibi Bartolus Alberi. Baldus. Paulus Salicetus & communiter doctores, Paulus in l. quarta. §. si ex conuentione in fin. ff. de re iudicata & ibi Alexan. secunda columnna. num. 4. idem Paulus in l. cum proposas. C. de transactio. in fine Salicetus in l. non dubium. C. de legibus septima columnna. num. decimonono versiculo ulterius hanc legem induco Alexan. ubi hoc reputat singulare in l. prima. ff. quis a tiscogan. prima columnna in fine Felinus in capitul. inter ceteras extra de rescriptis secunda columnna in secunda fallentia Antonius de Fano. in tracta. de pigno. in quinta parte principali in primo membro num. quinto Iaco. de san Geor. in l. plerunque. §. si res. ff. de iure do. & ista est vera & commun. opin. licet Iaso teneat contrarium in dicta. l. quarta. §. si ex conuentione. ff. de reiudi. secunda columnna. nu. 6. & sic patet ex praedictis quod in alternatiis debitoris est electio debet intelligi in alternativa rerum: secus vero in alternativa remediorum pro qua sententia & conclusio. facit bona ratio. quia illa remedia ponuntur ad cautelam, & securitatem creditoris, vt magis sibi cautum sit ergo ipse potest eligere: quia in eius fauorem videntur posita. Secundo etiam facit quia si aliud diceremus, sequeretur quod si in termino debitor offerat fideiussores, vel pignora. quod creditor nunquam posset agere, & petere debitum & obli. ferre redderetur inutilis. Tertio in specie facit tex. l. in causâ §. pue llâ. ff. de manu. ubi dicit tex. qd si quis ea lege vediit ancillâ vel post annum ab emptore manumittatur, & in super cōuenit: qd si non manumittat positivēditor, ppri aauthoritate occupare aut .10. aureos ab éptore, petere si emptor non manumissit, talis ancilla efficitur libera ex legis dispensatione, & sic illa pmissio legis, & eius remedium, non tollitur per alia pacta, & remedia alternativa: nec elitit emp. hoc est debitor quia tamen fuerit apposita ad cautelam, & maiorē securitatem primę dispositionis idem probat etiam textus. in l. fin. C. si man. ita fue. alia vt manu.

## Tomi. II. Cap. XI.

Quartò facit tex.in.l. qui legati:vt in po.lega. vbi habetur quod licet quis sit missus in posse sionē bonorum causa legati vel fideicommissi propter culpam, vel mortem hæreditis non cauētis tamen non perdit nec suspenditur ius petendi , si velit statim ipsum legatum, vel reliktum cum eius favore & pro securitate debiti sit facta missio ex quibus inferebam , & dicebam in nona , & singulari quæstione de facto pater, vel alius promisit dotem profilia maritanda vel in monasterium mittenda, & interim quod non soluerit promisit quolibet anno certam quantitatem an erit lictum, & in super an possit maritus:vel monasterium petere dotem, & quantitatem promissam , & quo ad primum dico quod talis promissio est permis̄a & non sapit usuram cū illa pensio sub rogaratur loco fructuum qui pertinebant maritō vel monasterio argumento.text. qui est singul. & vnicus in capi, salubriter de usuris & ibi Abb. & commun.cano.licet Ioan. & alii doct.velint quod tantū procedant in fructibus rei pignoratæ:non verò in quantitat̄ promissa:sed contrarium est verum secundum Abb. & magis commun doct. ibi & secundum Bar.in.l.infus̄ lam. §. usurpas. ff.solu.matri. & ibi commun. doct. & latè & no. Pa.Ru.in sua repe. fo. ii. vers. 8.infertur quem omnino vide:quo ad Secundum dico quod talis pater, vel debitor potest eligere an soluat dotem promissam vel illā et tam qualitatem quolibet anno, & non potest præcisè ab eo exigi de promissa:nam cū sit alternativa, & favore debitoris posita eius est electio, & ita dixi & consului in quæstione de facto. Item adde quod prædicta procedunt in 43 contractibus quid autem sit in ultimis voluntatibus dic. no.& resolutiū quod si verba legati vel dispositiōnis dirigantur ad legatarium ipse debet eligere:vt si testator dicat habeat capiat, vel accipiat Titius talem, vel talem rem, tex. est in.l. planē la. i. §. pe. ff. de legat. i. cuius verba sunt, siita titio legetur fundum seianum, vel usurpum fructum eius sibi habeto, duo esse legata, & arbitrio eius an velit usurpum fructum vendicare, & ibi glo.or. & commun. doct: si verò verbale legati, vel dispositionis dirigantur ad hæredem ipse debet eligere:vt si testator dicat hæres meus det, tradat, vel soluat talem:vel talem rem titio tex.est in.l. si ita reliktum. §. fi. ff. de legat. 2. Si verò verba legati, vel dispositionis ad aliquem eorū nō referuntur: sed simpliciter genericè, vel absolutè proferuntur, vt si testator dicat lego titio talem aut talem rem: tunc in dubio ipse legatarius debet eligere, & hoc est

speciale in ultimis voluntatibus, & deferunt à contractibus tex.est formalis, & expressus qui intelligi in.l. Lucio. ff. de legat. 2. cuius verba sunt: Lucio Titio fundum seianum, vel usurpum fructū fundi seiani lego. pōt legatari⁹, vel fundum vendicare, vel usurpum fructum, quod facere non potest is cui tantum fundus legatus est, & ibi notat & commendat glo.or. Bart. Albe. Bald. Pat. Imo. Cuma. & commun. doct. & dicit eam meliorem de iure Baldus. & Imo. ibi tenet etiam Dinus in regula in alternatiuis de reg. iu. in. 6. Cinus. in.l. cū quidam. C. de ver. signi. Bar. in.l. si sit stipulatus de verbo. obli. & ibi commun. doct. Bal. Pau. Imo. & commun. doct. in.l. qui duos delega. i. Faber. & alii doct. in. §. si generaliter Insti. de lega. An. & moderni in. §. huic autem Insti. de actio. & confirmatur etiam per text. in.l. in testamentis. ff. de regu. iur. cum similibus. Item adde, quod in causa, quo creditor, vel legatarius qui habet ius eligendi, petat & eligat rem minoris valoris ex errore iuris, vel facti credens ius eligendi si bi nō competere, non potest variare, nec competit sibi condic̄io indebiti neq; aliud iuris medium. text. singularis & vnicus in.l. si cui. ff. de lega. 2. quem ibi adhoc notat & commendat Bart. Albe. Bal. Imola & commun. doct. & reputat singularem & vnicam Pau. & Cuma. Cuius ratio est: quia quilibet res erat in obligatione, & nō fuit error in re debita, nec in causa substantiali: sed tantum in accessoria, & extrinseca: ideo quilibet resoluta cessat repetitio & indebiti cōdīctio: ita pulchre & subili ter Bald. & Paul. ibi & illum tex. cum ratione reputat singularem, & vnicum Alexan. in.l. si ego. ff. si cer. petatur. Quidam est contractus 44 annuus causa multiplicandæ obligationis, vt si quis promittat alteri dare vel soluere certa pecuniam, vel rem quolibet anno, & talis promissio, vel contractus, virtus, & effectus eius lo- gē differt à legato anno:nam primo differūt quia in contractibus una est pura, & simplex promissio, actio, & obligatio eius & statim oritur pro toto tempore, & annis futuris: in legatis verò pro primo anno statim oritur actio & obligatio: pro sequentibus verò non est nota aliaqua actio: imo legatum est conditionale. text. est capitalis in materia in.l. si stichum aut Pamphilum. §. stipulatio infra isto tit. tex. in.l. senatus. §. fi. ff. de dona. causa mor. tex. in.l. si in singulos. ff. de annuis lega. text. in.l. cum in annos eodem titu. text. in.l. in.l. cum in annos la. i. ff. quando dies lega. ce. & vtrobiq; cōmun. doct. & in expresso per prædicta iurare te- net

net Bar.in.l.ita stipulatus infra isto tit.16. col. nu.44.& ibi commun.mode. sed aduertendū quod decisio,& conclusi. videtur falsa : quia incertitudo temporis, vel diei semper impedire obligacionem, & eius effectum donec verifice tur vt in.l.vnica cum materia.C.vt actio. ab he re.& contra he re. inci. ergo in presenti nō pos sit competere actio nec obligatio propter qđ Bald.in dict.l.stichum. §.stipulatio,dicit quod consultus editor illius text.videtur fuisse quo dā modo stultus & vna bestia: sed certē ipse lo quitur impudenter, & minus modeste, & non sunt verba digna tanto viro: quia nihil tam p̄ prium est integro viro quam modesta verba proferre sine alterius iniuria quanto magis in scriptura semper loquente? sed fortē intentio Bald.fuit quod ruditer intuenti & ratione ignoranti videtur reprobandus consultus.vnde ipse dicit,& quidem subtiliter quod ratio decisionis est , quia quando incertitudo temporis ponitur ad initium & inchoationem obligacionis tūc impedire ortum eius secus verò quā do ponitur ad extensionē durationē,vel multi plicationē obligatio. quia tūc nō impedire natūratem eius, licet simus incerti quantum dūret, & istam rationem sequitur ibi Iaso. & cōmun. moderni. confirmatur quia facilius ali quid cōseruatur postquam semel producit in elle quam de nouo acquiratur vt in.l.patre furioso versic. nam furiosus ff. de his qui sunt sui vel alie iu. & in.l. si isq animo. ff. de acqui posse.cū simi.nec obstat ti replices, quare hoc idem non est in legatis: quia ratio differentiae infra patebit clare. Secundō differunt quia talis contractus vel promissio annua est vna, & non dicuntur plures contractus, vel promissio nes: sed in ultimis voluntatibus dicuntur plura legato tex.est in dict.l.stichum. §.stipulatio infra isto tit.tex.in.d.l.si in singulos. ff. de an. lega.cum simi. Ex qua doctrina & conclusio. resultant aliqui notabiles effectus. Primus est quia in cōtractibus habilitas, vel capacitas personæ, cui debet acquiri., cōsideratur tempore i fīlii contractus, vel dispositionis:vnde si illo tempore creditor, cui sit promissio erat fili⁹ fa.vel seru⁹, acquiritur patri vel domino, dato q̄ po stea emancipitur, vel manumittatur sed in ultimis voluntatibus in quolibet anno de perse cō sideratur habilitas, vel capacitas personæ legatarii:cūm sint plura legata:vnde si primo anno erat in potestate in aliis verò nō, pro primo anno pertinebit patrivel domino, pro aliis ve ro sibi text.est no. in.l.si filius fa.infra isto tit. tex.in.l.si filius sub conditione. ff. de regul.iu.

tex.in.l.senatus. §.fi. ff. de dona.cau.mor.text. in.l.fi. ff. de stipu.seruo tex.in.l. cum in annos la.2. ff. quando.dies lega.ca.tex.in.l.fi v̄sus fru etus versi.fi.eod.titu.tex.in.l.si legati. ff. de pigno.tex.in.l.quae legata. ff. de regu.iu.tex.in.l. fi vxor.C.de condit.inser.tex.in.cum in annos ff. de ānus legatis cui⁹ pulchra verba sunt.Cū in annos legatur plura legata esse placet & per singula legata, ius capiendi inspicitur.

Secundus effectus est, quod si caueatur lege statuto, quod de quolibet cōtractu vel legato soluatur gabella, & fiat stipulatio, vel promissio annua, non debetur nisi vnicā tantum gabella pro omnibus annuis, cum sit vna perpetua & vni formis, & per cōsequens debetur illi conductori gabellarū, qui erat tempore cōtractus: si verò fiat legatum ānum, gabella debetur pro quolibet anno in futurum, pro ut dies cesserit, cum sint plura legata & per consequēs debetur illi conductori qui fuerit in quo libet anno & expresso: ita tenet Bartolus in.l. cum Titio. ff. ad legem falci. Secunda colum. & ibi Paulus.Imo.Alexander, & communiter doctores,Baldus in.l.in annalibus.C.de lega. secunda columnna.Romanus,Iaso. & moderni in dicta.l.stichuni. §.stipulatio infra isto titul. facit etiam doctrina Baldi & communis in.l. cum eiusdem. ff. de ædilit.edic.dicens quod si stipulatio:vel promissio cōtinet plures res debentur plures gabellæ quia cōsentur plures cōtractus, argumento.textus in.l.scire debe mus infra isto titul.cum materia. Tertius effe ctus est: quia in cōtractibus lapsus cuiuslibet anni.constituit debitorem in mora absq; aliqua in trrrpretatione ita probat tex.in.l.z.C.de iure emph. text.in cap. potuit de locato text. in.l.magnam.C.de contract.& commi. stipu. sed in ultimis voluntatibus per lapsum cuiuslibet anni non constituitur hæres,in mora sine interpellatione:cūm sint plura legata& conditionalia,ne vno & codem tempore causetur obligatio.& mora,vt dixi,in contractu conditionali & in terminis, ita tenet Paulus de Cas. in dicta.l.stichum. §.stipulatio infra isto titu. prima columna in fine & ibi Alexander prima. columna numero. tertio & Iaso. secunda columnna.

45 Quartus effectus no.& quotidianus quo ad præscriptionē quia in contractibus si debitor cessavit soluere per.30.an.talis oblig.vel pmis sio annua cēsetur iā totali text.præf.tam pro primo an. q̄ p sequētib⁹, cū sit vna & vni formis pro oībus: sed in ultimis voluntatib⁹ nō est cā.præscriptio,nisi tātum pro primo anno nō

verò

## Tomi. II. Cap. X I.

vero pro sequentibus cùm sint plura legata, & conditionalia: vnde potest apsum cuiuslibet anni incipit & requiritur noua præscriptio, & in expresso ex isto fundamento & ratione ista doctrinam. & conclu. tenet glo. or. valde. singu. in. l. cum notissimi. §. in his. C. de præf. 30. vel 40. an. in gl. magna in versi. tu. dic. & ibi Azo. in summa. i. col. nu. 6. Iaco. Bu. fi. quæstio. Bar. Bald. & Angel. S. ocul. licet aperte non firmet in titu. de locato. §. nunc aliqua. versi. 41. gloss. or in. l. de pupill. §. si in pluribus. ff. de ope. no. nun. in glo. fin. & ibi Bar. i. columna. 2. quæst. Cuma. ibi. 2. col. in prin. qui dicit hanc esse magis commun. op. Alexan. no. i. col. nu. 3. Imola in dict. l. stichum. §. stipulatio. 2. col. u. in medio infra eo. Roma. pe. col. num. 18. Paul. i. col. post prin. Alexan. i. col. num. 3. Iaso. i. col. in fine Io. An. in cap. auditis de præf. i. col. u. in fine, & ibi notat. Abb. fi. col. & quæstione Feli fi. col. ver. ultimo dum tangit Abb. Fran. Baldus in trac. præf. in. 4. ar. quarta pars prin. in. 4. quæst. & hanc dicit magis commu. op. Fulgo. in dic. l. cum notissimi. §. in his. C. de præf. 30. anno. & dicit magis commu. op. Cuma. in dict. l. de pupillo. §. si in pluribus. ff. de ope. no. nun. cornus in con. suis. con. 22. 5. col. nu. 23. 3. volu. pro qua senten. & con. facit. tex. in. l. eos. C. de vsu rbi habetur quod præscripta re principali censetur præscripta accessoria eius ut fructus, & similia, & ad hoc illum tex. notat & committat ibi Cinus. Bar. Bal. Pau. & commun. doct. Bal. in. l. terminato. C. defru. & pecu. i. col. nu. 3 Pau. & commun. doct. in. l. sequitur, §. fructus. ff. devluka. tex. in. l. plures apochis. C. d. feu. in struct. tex. in. cap. de quarta de præscrip. quem ad hoc notat & pôderat Abb. in dict. cap. audi tis. tex. in. l. sivs fructus alternis annis. ff. qui. mo. vsu fruct. ami. vbi habetur quod vsu fructus annuus relictus in testamento nō præscribitur. nō vtendo quia sunt plura legata ergo à contrario sensu. secus est in contractu vel annua promissione cum sit vnicus tantum contractus contrariam tamen sen. & op. tenet magistraliter glossator antiquis in dicta. §. in his imo quod in distinete non sit præscriptum nisi primo anno modo loquamus in cõtractib. modo in ultimis voluntatibus & in quolibet anno requiratur sua præscriptio, & idem tenet ibi Iaco. de Are. Perrus. Cinus. Albe. pe. col. & in hoc refidet Sali. in eadem. l. §. imo & illud. pe. col. Raine. in dict. l. de pupillo. §. si in pluribus de ope. no. nun. & ibi Iaso. 2. col. nu. 4. Albe. in. l. si in singulos in fine. ff. de con. le. Pau. de Cast. vbi dicit hanc esse magis commu. op.

in. l. plures apochis. C. de fide. inst. 2. col. nu. 6. Anto. de Bu. qui no. loquitur in cap. peruenit decensibus pe. col. versi. si debitum pro qua o pi. facit tex. apertus in dict. l. cùm notissimi. §. in his vbi præstatione annua expresse text. æquiparat contractum & ultimas voluntates & dicit, qd in eis præscriptio non incipit currere à principio contractus vel obligationis: sed à principio cuiusq; anni vel temporis in quo est cessatum in solutione. Secundo quia contractus non potest negari quin sit obligatio pura, pro primo anno: sed pro sequentibus in diem: sed eo casu, quo dies exactio non dū venit impeditur præscriptio ut in. l. cùm notissimi. §. illud. C. de præf. 30. vel. 40. anno. & in. l. 1. in fine. C. de con. excep. ergo similiter impietatur in nostro casu, & quæstione: sed his nō obstantibus egoteneo primam opinionem quæ est vera & magis communis, nec obstat tex. in dict. l. cùm notissimi. §. in his in quantum equi parat contractus & ultimas voluntates: quia dicit intelligi quo ad hoc, ut utroque casu currat præscriptio à tempore quo cessatum est in soluti: sed postquam semel incepit currere continuitur & perficitur per. 30. annos in contractibus per supradicta: ita respondet glos. or. in dict. §. in his & ibi Bar. & cõ. do. tenetes ista op. secundo nō obstat tex. & eius dispositio in. l. cùm notissimi. §. illud. C. d. præf. 30. vel. & in. l. i. C. de anna. excep. cum similibus quia respondeo qd in promissione vel obligatione annua potest creditor agere tam pro primo anno, quam p futuris: quia fundatur in iure de præsenti: qd locus est in promissione, vel obligatione particulari: ita Bart. in dict. §. in his, & ante eum Old. puem refert Albe. vel alirer & secundo & verius respon. quod tex. in dict. l. cum notissimi §. illud cum simili. debet intelligi: quando contractus, vel promissio est particularis: respectu vnius præstationis: secus tamē est si sit promissio, vel obligatio annua quæ comprehendit sub se plures præstations nam tunc sufficit vna præscriptio pro omnibus: quia est vnicum ius, & vnicā actio, pro omnibus: vnde illo iure & actione præscripta aqua causantur & derivantur illæ præstations annuae, censentur per consequens præscriptæ prædictæ annuae 46 præstations ita singul. respondet Iaco. Bu. in dict. §. in his si quæst. & ibi Bald. in fine. Tertio & principaliter differunt: quia talis contractus promissio vel obligatio annua est perpetua & transitoria ad hæredes text. est in. d. l. si stichum. §. stipulatio infra eod. & ibi pe. Din. Albe. Roma. Cuma. Alexan. Iaso. & commun. docto.

docto. idem Petrus & alii docto. in l. sancimus §. final. C. de dona. Faber & commun. doctor. in. §. omnis insti. de verborū obligatione. Pla- teā & communiter etiam doct. in. §. at si ita sti- puleris eodem titulo & vltra prædictum do- ctores idem tenet glossa singula. & ordinamē to. in. l. si quis Argentum. §. fin. autem. C. de donatione quam ad hoc sumē notat & com- mendat Salicetus in. l. sancimus. §. final eodem titulo contrarium tamen tenet glossa ordina- ria in dict. l. si stichum. §. stipulatio. infra isto titul. imō quod talis contractus, & obligatio non transit ad hæredes neque obstat tex. in. d. §. stipu. vbi dicit q̄ est perpetua & non finitur morte, quia debet intelligi ipso iure & d̄ rigo. cum tempus non sit cauſa tollendæ obligatio- nis, vt in. l. obligationem ferē. §. placet. ff. de a- ctione & in effectu. istam opinio. tenet Barto. in dicto. §. stipulatio secunda columna & quæ- stione, & ibi Angelus Paulus Imola. Tertia o-  
pino diuersa in hoc diffcili articulo est quod  
distinguamus an promissio annua fiat ex cau-  
ſa onerosa: & tunc sit perpetua & tranſeat ad  
hæredes, & procedat prima opinio: si vero fiat  
ex cauſa lucrativa, non tranſeat & ita proce-  
dat secunda opinio: ita tenet Baldus in dict. §.  
stipulatio. Sed his nonobstantibus in hoc sub-  
tili, & diffcili paſtu ego teneo primam ſen-  
tiam, & conclusi. tanquam veriorem & magis  
communem quinta quod talis cōtractus, pro-  
ficio, & obligatio annua ſimpliciter interpoſita  
indiftinē sit ipſo iure, & cum effectu perpe-  
tua, & tranſeat ad hæredes creditoris, & non fi-  
natur eius morte modō sit interpoſita ex cau-  
ſa onerosa modo lucrativa pro qua ſententia.  
& conclusio. vltra doctores confidero ſequē-  
tia funda- menta. primo. textus expreſſum in  
dicto. §. stipulatio vbi dicit quod talis promis-  
sio & obligatio eſt perpetua quod verbum in  
dubio debet intelligi cum effectu. & in potio-  
ri ſignificatu argumento textus in. l. prima. §.  
qui in perpetuum. ff. si ager. veſti. vel emphit.  
pe. cum ſimi. conſiſtatur: quia quando lex.  
vult aliquem contractū non trāſire hæredes il-  
lud expreſſe declarat, vt in. l. prima. ff. pro ſo-  
cio. Secundo pondero text. in dict. §. stipulatio  
in quantum dicit non quemadmodum  
ſimile legatum morte legatarii finire, vbi ap-  
petere vult denotare differentiam inter contra-  
ctum & legatum. Tertio facit text. in. l. 3. versi.  
primo. ff. de excep. vbi habetur quod illa ex-  
ceptio dicitur perpetua, quę ſemper perpetuo  
& cum effectu. eſt tranſitoria ad hæredes. Ter-  
tio facit quia regulariter & in dubio omnis cō

tractus vel promissio ſemper cenſetur realis. & tranſitoria ad hæredes textus eſt in. l. si pa- etum. ff. de probat. textus tn. l. iuris gentium. §. paſtorum. ff. de paſtis. textus in. l. tale paſtum eodem titul. textus in. l. neceſſarias. §. de vendē do. ff. de pigno. aetio. quarto facit textus in. l. veteris. C. de contra. & commi. ſtipula. vbi impe- rator Iuſtinianus formaliter ponit regulam quod omnis contractus promissio, vel obliga- tio, ſiue in dando ſiue in faciendo, tranſmittū tur ad hæredes tam actiū quām paſſiuē, mo- dō fiat mentio eorum modo nō. Quinto facit textus in. l. cum qui ita. §. qui ita intra iſto tit. & in. §. at ſi ita ſtipuleris Inſtitu. de verborum obligatione vbi eo caſu quo debitor promiſit quo ad ad vitam de rigore tranſit ad hæredes: ſed repelluntur exceptione ergo ſi non eſt di- cūm quoad vitam debet tranſire cum effectu & ſine obſtaculo orationis. ſexto. facit textus in. l. Sancimus. §. fin. C. de donatione. vbi quādo fit donatio annua quoad vitam, hoc aetō quod non tranſeat ad hæredes donatarij, non requiriſtur inſinuatio: quia cenſentur plures donationes ergo probat text. qnod in tali con- tractu. annuo requiriſtur, quod expreſſe dicatur inter partes q̄ non tranſeat ad hæredes: alias ſemper tranſit: quād tamen ſententiam, vt conclusionem limita & intellige, vt nō pro- cedat, quād ex coieſturiſ poſſit conſtare, q̄ intentio partium fuit: vt nō tranſire ad hæ- redes quia fuit facta promissio homini paupe- ri & ex cauſa lucrativa: quia tunc videtur facta pro alimento, quæ de ſui natura non tranſeūt ad hæredes. vt in. l. cum hi. §. modus. ff. de tranſactio. & in terminis: ita limitat & intelligit A- lexander & Iaſo. in dicto. §. ſtipulatio. Secun- do limita & intellige, vt non procedat, quād aliquid eſt implendū à creditore cui facta fuit promissio, quod cohæreat ſuē personæ, vt q̄a eſt facta promissio annua aduocato, medico, alterius perito in arte, vel officio, quia tunc ce- ſetur promissio conditionalis & respectiua & talis obligatio non eſt tranſitoria ad hæredes: quia eſt interpoſita ſuper facto quod cohæret omnino personæ: ita probat textus ſingula- ris in. l. ſi ſeruus communis meus, & caſtrenſis peculi. §. fin. ff. de ſtipulatio. ſeruo & ibi tenet Bartol. & communiter docto. probat etiā tex. in. l. poſt duos. C. de aduocato. diuersor. iudi. textus. in. l. ſi ſterilis. §. final. ff. de aetio. empti. textus in. l. iulianus. §. ferri. eodem titulo. imō talicauſ debitor & promiſſor potest reuoca reſalarium, quando velit & eodem modo cre- ditor, cui eſt facta promissio: quia cenſetur M pro-

promissio, vel obligatio conditionalis voluntaria quandiu ambo velint in eadem voluntate persistere. argumento praedictorum iuriū quod est notabile. secus tamen est in ultimis voluntatibus: quia legatum annuum pro primo anno est purum: pro sequentibus conditionale: vnde legatario mortuo debitum primi anni transmittet ad heredes: quia iam cessit, non vero transmittet pro sequentibus: quia est conditionale: text. est formalis, & expressus in l. si in singulos. ff. de annuis legatis cum similibus, & si quereras quae potest esse ratio, per quam in contractibus promissio, vel obligatio annua est una perpetua & transmissibilis: sed in ultimis voluntatibus legatum est unum pro primo anno, & pro sequentibus, est conditionale & non transmissibile respondeo quod legatum sit propter bene merita ipsius legatarii & effectionem eius, vt in l. nec adiecit. ff. pro socio ergo necessario debet intelligi conditione si viuat, sed in contractibus solū attenduntur verba, & vinculum obligationis, non vero merita vel affectio, vt in i. quicquid astringenda infra isto tit. vnde merito censetur una vni formis perpetua & transmissibilis: ista est ratio & intentio omnium doctorum in dicta l. stichum. §. stipulatio infra isto titulo.

47 aduertendum tamen est quod ista promissio annua facta per contractum inter viuos & legatum relictum in ultima voluntate conueniunt in modo, & forma petitionis, & condemnationis: quia utroque casu creditor potest agere contra debitorem, vt declaretur ius suum sibi competere, & condemnetur debitor, nedum pro debito, primi anni quod effectualiter iam cessit: verum etiam pro futuris annis: pro quibus adhuc non cessit: & erit maximum effectus. quia non tenebitur quolibet anno litigare, & de iure suo docere, & probare: sed post lapsum cuiuslibet anni sententia mandabitur executioni, cuius ratio fundamentalis est, quia licet talis promissio annua in contractibus sit in diem pro sequentibus annis & in ultimis voluntatibus sit debitus conditionale, & utroque casu dies nondum cesserit quo ad exceptionem ipso iure, vel mediante exceptione, vt in l. cedere diem ff. de verborum significationem. cum similibus & iudicium non possit fundari super iure de futurum vt in l. non quemadmodum. ff. de iudi. & ibi communiter doctores, & in l. prima. §. socius. ff. de futuris tamen utroque casu actio, & obligatio est pura de praesenti pro primo anno, & ratione eius in con-

sequentiam potest fieri petitio & condemnatio super futuris, & valet, & tenet iudicium in eis. Pro qua sententia & conclusione.

Primo facit textus in l. prima. C. de fideicommissis. vbi habetur, quod si testator gravat heredem, vt soluat alicui alimenta quolibet anno, & talis heres soluerit per triennium, cogitur postea in futurum praestare etiam si reliquerit in minus solemnis voluntate, & potest talis heres condemnari, vt in futurum praestet, & soluat, & ibi tenet glossa ordinaria Petrus Cinus, Albericus, Baldus, Angelus, Salicetus, Paulus, Corneus, Iason. & corn. do.

Secundo facit textus in l. prima. C. de sententia, quae sine certam quantitatem profer. vbi habetur quod iudex potest condemnare reum debitorem, vt soluat sortem principalem debitam, creditori, & interim quod non soluat, condemnare eum in usuris futuris. Et ad hoc notat, & commendat ibi glossa ordinaria Bartolus, & communiter doctores.

Tertio facit textus in l. quod si in diem. ff. ff. de petitione hereditatis. vbi probat quod si heres egit petitione hereditatis contra debitorem, purè in diem & sub conditione & pronuntiatur heres, potest iudex in consequentiam condemnare debitorem: vt soluat statim debitum purum, & debitum in diem, vel sub conditione adueniente die, vel conditione: & ad hoc notat & com. Bar. & com. do.

Quarto facit textus in l. male agitur. C. de prescriptione triginta, vel quadraginta annorum. vbi habetur quod creditoribus vel dominis reseruantur integrum ius suum in rebus locatis pro aliquibus annis, vel in perpetuum ne cogantur quotidie, vel quolibet anno litigare & de iure suo docere, & ibi notat Bar.

Quinto facit textus in l. prima. §. illud, & §. plan. ff. de vi, & vi. armata. vbi habetur, quod licet interdictum vnde vi principaliter non competit pro rebus mobilibus, tamen accessoriè bene competit.

Sexto & ultimo facit textus in l. libertis quos. §. manumissis. ff. de alimen. & ciba lega. cuius verba sunt manumissis testamento cibaria annua. si cum matre morabatur p. fideicō. de dit. mater filio. trienios superuixit: neq; cibaria eis præstitit: sed & filia postea quam matri heres extitit, qadvixit an. 14. d. eiusdem soluedis copellata non est quæsitum est an post mortem filio à nouissimo herede petipossint, & tam præteriti temporis quæ futuri id q. cibariorum nomine relictum est. Respondit, si conditio extitit, et nihil proponi cur non possint.

glo.or.

limita. & intellige. quando hæreditas debet re-  
manere penes hæredem creditorem: secus ve-  
rò si sit grauatus hæreditatem alteri restituere  
quia tunc non confunditur actio per aditio-  
nem hæreditatis. etiam si non fecerit inuenta-  
rium: sed poterit deducere. quod sibi debetur  
quia fideicommissum vniuersale non valet vñ  
tra vires hæreditarias: ita probat tex. in.l. si de-  
bitor. ff. ad. legē fal. tex. in.l. debtor. ff. ad Tre-  
bel. tex. in.l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. devulga.  
& pupil. & in expresso ita tenet Paul. dicens  
nouum in materia & ab alio non dictum in.l.  
ita tamen. §. si ex trebelliano. ff. ad Trebell. &  
ibi Alex. & alii docto. idem Pau. in.l. ab omni-  
bus. §. fi. ff. de lega... Aretinus id.l. hæreditate.  
ff. de acqui. hæredi. Socin. in.l. debitori. C. de  
pactis. Sexto & ultimo fideiussor liberatur p̄  
rogatione termini: nam si creditor prorogat  
terminum solutionis ipsi debitori. videtur fa-  
cta nouatio contractus. & per consequens li-  
beratur fideiussor. argumento tex. in.l. fi. cum  
Hermes. C. locati. text. in.l. Labeo la.2. §. fi. ff.  
de arbitriis tex. in.l. nocatione. C. de fideiuss.  
text. in.l. vbi cunq; ff. de fideiu. & in terminis:  
ita tenet Specu. in titu. de fideiu. §. i. vers. illud  
& ibi Ioan. An. in addi. Hippoli. de Mar. in ru-  
bri. ff. de fideiu. 15. colum. num. 89. sed ego te-  
neo contrarium primo prorogatio videtur fa-  
cta cū sua qualitate. & sicut tenetur fideiussor

in primo termino pro rogato/ secundo quia  
hodie nunquam fit nouatio , nisi expresse a-  
gatur inter partes vt in.l. final. C. de noua ter-  
tio istam op̄i. contra primos docto. tenet Ab.  
Incola. & Anchā. in cep. constitutus de fide-  
iu. tenet etiam Bald. in.l. tam mandatori. C. de  
numerata pecunia idem Bal. in.l. cum plures.  
§. lege. ff. locati. idem Bald. Ange. & Iaso. in.l. si  
vñus. §. i. ff. de pactis Archi. in capi. te quidem.  
vndecima quæstione prima. Iaso. ybi dicit hāc  
esse commun. opin. in.l. lecta. ff. si cert. petatū.  
6. colum. num. 9. idem Iaso. in.l. §. & post ope-  
ris. ff. de ope. no. nuntia. idem Iaso. melius quā  
alibi in.l. C. de iudi. & ista opinio est verissi-  
ma & tenēda iniudicando & cōsulendo. & nu-  
llo modo est tenenda opinio contraria: neq;  
est nec seruanda distinctio legis forti. io. tit. de  
los fidiores libr. 3. fo. ll. quia caret ratione , &  
tantum est seruanda in locis in quibus esset  
consuetudo.

Item pro complemento materiae finaliter  
nota. quod fideiussor potest soluere de bonis  
principalis debitoris. vt se liberet ab obligatio-  
ne modo debeat fideiussor pecunia. modò res vel spe-  
cies. nec dicitur committere furtum. vel violē-  
tiam: quia nō interuenit dolus. nec fraus tex.  
est singul. in.l. si procuratorem. §. ignorantes.  
ff. mandati. quem ibi adhoc notat & commi-  
dat Bar. Albe. Bal. Sal. & commun. doct. idem  
Bar. in auten. si captiui. C. de epis. & cle. & ibi  
Bald. & alii docto. idem Bar. in auten. qua in  
prouincia. C. ybi decrimi. agi. oport. & ibi doc.  
idem Bar. in.l. 4. §. Cato infra isto titu. 5. col. 8.  
oppo. & super eo commun. moderni. Paul. &  
alii docto. in.l. venditor. ff. de iudi. & illū text.  
adhoc reputat singularem in iure Angel. in.l.  
si Plaucius. ff. de procu.

## De restitutione minorum.

### Summarium.



Inor non potest contra here & si  
contrahit competit ei restitutio.  
Mulier an posſit restitui quan-  
do dedit amplam dotem,

Minor

- 3 minor si amisit rem suam præscriptione an possit restituī.
- 4 Si minor sit læsus, in solutione pecuniae sibi facta an possit restituī.
- 5 Si minor renunciauit tacite, vel expressè termino probatio an possit restituī.
- 6 Beneficium restitutionis an transeat ad hæ redes & contrarium possessorem.
- 7 infra quantū tempus sit petenda ista restituī.
- 8 Qualiter istud remediū restitutionis proponat: & deducatur in iudicio.
- 9 An beneficium restitutionis cōpetens minori competat etiam eius fideiūffori.
- 10 Si duo vel plures habent rē vel causam cō munem, quorū vnus sit minor alter. An restitutio minori concessa possit maiori.
- 11 An post legitimam ætatem. 25. annorum. possit minor ratificare quod fecit in minori ætate ut excludatur à beneficio restitutiois.
- 12 Minor an possit impetrare veniam ætatis, amittat beneficia sibi à iure concessa.
- 13 An, & quando in alienatione rerum mino ris requiratur decretum iudicis.
- 14 Si minor vult renuntiare vel desinere ac quirere aliquā rem, in qua habebat aliquod ius an possit sine decreto iudicis.
- 15 Minor nō potest facere compromissum sine decreto super re immobili.
- 16 An pater possit dare licentiam filio minori ad alienanda bona imobilia, sine decreto.
- 17 Si minor in uno loco habet domicilium ratione originis, & in alio loco habet domicilium ratione habitationis & in alio res quæ venditur sita est quis iudex debeat interponere decretum.
- 18 Si minor fecit contractum lucratuum vel onerosum, & iurauit an talis cōtractus va leat & teneat.
- 19 An talis contractus iuratus: transeat adhæ redes tam actiue quam passiue.
- 20 Si minor sit læsus enormiter in contractu, & iurauit an possit contractum rescindere.
- 21 An minor vel ille qui iurauit super aliquo cōtractu possit petere relaxationē iuramenti.
- 22 Quis sit competens index super actu vel cō tractu in quo est interpositū iuramentū.
- 23 Si minor promisit aliquid, & se obligauit sine causa & iurauit an teneatur efficaciter soluere.
- 24 An & quando contractus nullus, & inuidus firmetur iuramento.
- 25 Contractus annullatur ratione solemnitatis omisit. & non firmatur iuramento.
- 26 Si cōtractus annullatur fauore alicuius personæ principaliter propter fragilitatem ætatis vel sexus an fruictur iuramento.
- 27 Si mulier vendit, vel alienat rem dotalem cum iuramento ad instantiam mariti vel filii renuntiat futuræ successioni cōreplatione patris aut aui à contractus possit rescindi & dicatur factus metu reverentiali.
- 28 Qui intellectu caret non potest contrahere.
- 29 Mutus & surdus prohibetur contrahere.
- 30 Prodigus cui bonis est interdictum prohibetur contrahere.
- 31 Siquis est notoriè prodigus, & non est sibi facta interdictio an possit cōtrahere.
- 32 An prodigus cui bonis interdictum est obligetur iuramento.
- 33 An propter animi vitium personæ vel malos mores possit fieri interdictio bonorum.

## Caput.XIII.



tem principali-  
ter quārō quā personā  
prohibeantur contrahe-  
re, & magistraliter & résolu-  
tive dico quod sequen-  
tes: in primis prohibetur  
minor quod intelligo & declaro sic: nam si est  
minor impubes, infas, vel proximus infantiae  
non potest contrahere, nec aliquam aetum fa-  
cere etiam cum autoritate tutoris: sed ipse so-  
lustutor debet principaliter aetum gerere: si  
verò est proximus pubertati, potest quemlibet  
contractum vel aetum facere cū autorita-  
te tutoris, non alias: quia tunc habet aliquam  
intellectum, & hoc quando agitur de se alteri  
obligando si verò agitur de altero sibi obliga-  
do, & sic de acquirendo bene potest stipulari  
& sibi acquirere etiam sine tutoris autoritate  
tex. est capitalis & expressus in. l. fi. §. pupillus  
infra isto tit. tex. in. l. contra iuris ciuilis regu-  
las. ff. de pactis tex. in. l. pupillus. ff. de actio. &  
obli. tex. in. l. in negotiis. ff. de regu. iu. text. in.  
l. nec. C. de con. & commi. stipu. tex. in. l. l. C. de  
auto. præf. tex. in. §. l. instit. de auto. tuto. text.  
melior & expressior cæteris in. §. pupil. Instit.  
de inuti. stipul. & idem disponit lex. 4. tit. n. 5.  
part. vnu tamen est, q̄ talis minor pupillus, si  
est proximus pubertati, obligatur saltim na-  
turaliter etiā sine tutoris autoritate. Ex quo  
infertur q̄ potest p̄ eo intercedere fideiussor,  
non verò pro infante vel proximo infantie:  
quia nō obligatur etiā naturaliter: ita probat  
text. in. l. l. in fine. ff. de noua, & ibi magistraliter  
Bar. & commun. docto. tex. in. l. marcellus  
ff. de fideiussi. si verò minor sit iam pubes, & sic  
maior, 14. annorum dislinguēdum est aut ha-  
bet curatore nō pōt alteri se obligare sine eius  
authoritate: si verò nō habet, bene pōt se effi-  
caciter obligare cœtiliter. & naturaliter: aliū verò  
sibi obligare & sic adquirere indistinctè: po-  
test. modo habeat curatorem, modo non tex.  
est capitalis & expressus in. l. si curatorem ha-  
bens. C. de in integrū resti. & ibi Odo. Pe. Ci.  
Iaco. Bu. Bar. Albe. Bal. Pau. Sali. tenet etiam,  
& declarat Bar. in. l. fi. §. pupillus infra isto tit.  
& ibi cō. docto. idem Bart. in. l. l. ff. de noua.  
& ibi alii doct. aduentum tamen q̄ in om-  
nibus prædictis casibus, inq̄ bustalis minor im-  
pubes, vel adultus cum autoritate tutoris, vel  
curatoris, vel sine ea ipso iure obligatur si sit

læsus potest restitui tex. est capitalis & expres-  
sus in dic. l. si curatorem habens. C. in integrū  
resti. & per totum illum tit. tex. in. l. l. & per to-  
tū. ff. de restitutione in integrū, tex. in. l. l. & p  
totū. ff. de mino. tex. in. c. cōstitutus de in inte-  
grū. resti. & idē disponit. l. 5. tit. n. 5. part. & in. l.  
l. & per totū. tit. fi. 6. par. im. q̄ magis est non  
solū restitui p̄ propter damnum emergēs: sed etiā  
propter interesse lucri cessantis tex. est nota-  
bilis in. l. ait p̄et. §. fi. ff. d̄ mi. cuius verba sunt  
Hodie certo iure vtimur, vt & in lucro mino-  
ribus succurratur: & ibi not. & cōm. Odo. Bar.  
Al. Bal. tex. in. l. nō omnia eo. tit. & ibi etiā do.  
Ex quo primo deducitur, & infertur q̄ si talis  
minor sit læsus in cōtractu emptionis, & vedi-  
tionis, locationis, cōditionis societatis, vel quo  
libet alio contractu oneroſo, potest restitui: q̄  
declaro sic, nā siminor veditidit, vel locauit rem  
quam non debuerat nec expediebat sibi ven-  
dere, vel locare, emere, vel conducere, & sic in  
totali contractu. sicut læsus, restituitur aduer-  
sus ipsum contractum, vt habeatur pro nō fa-  
cto: si verò sit læsus in pretio: quia veditidit, vel  
locauit, minori precio, quam res valeret, vele-  
mit vel conduxit maiori precio, licet læsio nō  
excedat dimidiā iusti precii, restituitur: nō  
aduersus contractum: sed aduersus premium  
text. in. l. l. & per totum C. aduersus venditio-  
nē tex. in. l. si res. §. l. ff. de iure doti tex. in. l.  
lucius. §. fi. ff. ad municipa. tex. in. l. l. & 2. C. de  
vendi. re. abi. libr. 13. & idem disponit. l. 5. tit. fi.  
6. par. confirmatur ratione: quia tātū afferit re-  
stitutio, quantū abstulit læsio vt in. l. quod si  
minor. §. restitutio. ff. de mino. & idem est in  
quolibet alio cōtractu oneroſo. respectue ea  
dēcā & ratione & in expresso ita tenet & de-  
clarat glo. or. in. l. si quidē. C. de prædiis mino.  
& ibi Bar. Bal. g. etiā or. in. l. patri pro filio ver-  
si. prædiū. ff. de mino. & ibi Bar. idem Bar. in. l.  
l. C. si aduersus creditorē: & ibi alii doct. idem  
Bar. in. l. si res. §. l. ff. de iure doti. & ibi docto.  
Abb. Panor. in. c. cōstitutus de in integrū ref.  
fi. q̄. & ibi cōm. canonistæ. Secundo infertur,  
q̄ si minor donet aliqua bona sua alteri, pōt  
restitui p̄r̄terquā si interueniat aliqua iusta  
causa: vt si donet p̄ propter benemerita, vel fa-  
ciat donationē ante nuptias, vel propter nup-  
tias, vel spōsalitiā largitatē attenta qualitate p  
sonarū, & consuetudine regiosnis: qua tūc va-  
lebit, & non pōt restituit tex. est in. l. l. & 2. C. si  
aduersus donationē, & ibi g. or. Odof. Ci. Bal.  
Pau. Sali. & cō. doct. tex. in. l. cum in plures. §.  
fi. ff. de admi. tuto. text. in. l. prædia. C. de præ-  
mino. text. in. l. fi. §. fi. C. si maior factus.

Tertio

L. illatio

illatio 2

*Mati. 3.* **Tertio** infertur quod si minor fecit transaktionem diuisionem hæreditatis vel rei coispermutationem, vel qlibet aliud pactum vel cōuenientiam, in quibus sit Iesus pōt restitui, qd tñ debet intelligi isto modo nā si in his & in oībus superiorib⁹ casibus cōtractus fiat super remobilis quæ pōt alienari sine decreto valet. & tenet cū autoritate tutoris vel curatōris sed restituit si sit Iesus. Sivero fiat super re immobili: & nō interueniat iudicis decretū non valet ipso iure nec est opus restitutio, **decreto tñ interueniente** valet mero iure sed cōpetit restitutio probata lehione tex. est in l. i. & 2. C. si aduersus transactionē & ibi. g. or. Bar. Albe. Bal. Pau. Sa. ex quo notabiliter sub deducitur, qd si minor fecit cōpromissum, pōt restitui qd clatio sic nā si fecit cōpromissum in arbitriū iuris eo ipso videtur Iesus & pōt restitui qd tollitur sibi beneficiū appellationis si verò in arbitriū arbitratorē. Non pōt restitui nisi probet alij lesio resultas ex tali cōpromisso: ita pbat tex. qui sic debet intelligi in l. si minor. 25. an. filio familias. §. minores. ff. de mino. & ibi tenet & commendat Bar. albe. Bal. Fulgo. & com. doc.

*Mati. 4.* **Quartō** infertur qd si mulier minor. 25. annorum nubat & dedit amplam dotē secūdū qualitatē & cōditionē mariti & cōsuetudinē loci pot est restitui maxime si fecit pactum de dote vel parte eius lucranda, vel fecit aliud pactū quod sibi noceat. tex. est bene notandus in l. si ex causa. §. in dotis. ff. de mino. & ibi. gl. or. Bar. & cō. doct. tex. in l. quārō. ff. de iure dotti. & ibi. doc. tex. in l. vnicā. C. si aduersus dotem. & ibi glo. or. Azo. im summa Odo. Pe. Ci. la. Bar. Albe. Bal. Ange. Paul. Sali. & com. docto.

Vnum tamen est quod aduersus matrimonium non restituitur licet nupserit indigno vel pauperrimo argumēto tex. & eorum quæ ibi notantur in cap. ex parte de resti. spolia. & in cap. 1. 29. quāst. l. & facit autoritas diuina erūt duo in carne vna & quos deus coniunxit homo non separat & in terminis: ita tenet Albe. in l. i. C. si aduersus dotem & Iac. de san. geor. in l. siue generalis. ff. de iure dotti.

*Mati. 5.* **Quintō** infertur quod si minor sit Iesus in repetitione mutui quia pecunia sibi mutuata facilitate, vel culpa sua fuit de perdita potest restitui ut non teneatur soluere imo quod magis est hoc casu præsumitur semper minor Ixius eo ipso quod recepit nisi per creditorem probetur, quod ex receptione pecuniae minor fuit fact⁹ locupletior textus est formalis & expressus in l. i. & 2. C. si aduersus creditorem & ibi. gl. or. & commun. docto. quod tamen intellige,

& declara quando creditor qui mutuavit est fenerator & mutuavit ad vſuras secus vero si simpliciter mutuavit sine aliqua vſura quia tunc minor recipiens pecuniam tenet soluere si non probauerit legiōnem & in terminis: ita tenet, & declarat ibi petrus Cinus Bar. & communiter alii docto. & ita debet intelligi. l. 3. tit. 1. 5. part.

*Mati. 6.* **Sexto** infertur, quod si minor amisit rem suā præscriptione, potest restitui. In quo articulo ista est brevis & comprehendens solutio, quod si est impubes minor. 14. annorum, nulla præscriptio nec vſucapio contra eum currit, neq; est opus restitutio. text. est in l. bonæ fidei. ff. de acquirenda rerum dominio, sive rō sit a dultus, & sic maior, quatuordecim annorum vſucapio rei mobilis currit. Sed restituitur textus est in l. vnicā. C. si aduersus vſus ca. sed hodie non currit ipso iure vt in l. fi. C. in quibus cau. resti. in integrum non est neces. præscriptio verò rei immobilis non currit. tanquam magis præjudicialis: & quia non potest alienari sine decreto, textus est in l. tertia. C. quibus non obili. longi tempore præscriptio. & ibi communiter doctores. præscriptio verò triginta, vel quadraginta annorum non currit mero iure contra minorem impuberem: sed contra adulterum bene currit sine spe restitutio: quia non potest perfici in minori etate: sed in maiori ultra quadriennium textus. est in l. sicut in rem prope finem. C. de præscriptione. triginta, vel quadraginta annorum. Vnum tamen est quod si in prædictis casibus talis præscriptio incepit a defuncto & consumetur in persona minoris, bene competit ei restitutio textus est in l. vnicā. C. si aduersus vſua. textus in l. etiam si. de minori. & vtrobique communiter doctores, & tenet. Franc. Bald. in tractatu. præscriptionū prima parte sextę partis principalis versiculo vigesimoterio, casus, & ita probat, & disponit. l. penultima. titulo. finali exta parte.

*Mati. 7.* **Septimo** infertur quod si minor sit Iesus in solutione pecuniae sibi facta potest restitui: quod intellige, & declara isto modo quod si debitor soluit soli minori sine autoritate tutoris, vel curatōris si illum habeat solutio est ipso iure nulla, & non remanet liberatus. nisi pecunia sit salua, vel conuerta in utilitatem minoris: quia tunc ope exceptionis iuuatur. text. est in l. pupillo. ff. de solu. & ibi glo. ord. & com. doct. sive rō debitor soluit minori cū autoritate tutoris, vel curatōris ipso iure rem

## Tomi.II.Cap.X III.

remanet liberatus: sed restituitur minor si pecunia sit de perdita, vel consumpta facilitate, vel culpa ipsorum tex. est. in. l. i. C. si aduersus solu. & ibi glo. or. & commun. doct. & esse etus est maximus: quia prius casu. minor habet, fundatam intentionem suam, & potest agere ad debitum: nisi debitor prober pecuniam stare, vel ex ea esse factum locupletiorem in secundo verò casu, cùm debitor sit ipso iure liberatus minor nō potest agere, & iudex poterit ex officio suo repellere, cum expediarur sine actione, vt in. l. si pupilli. §. videamus. ff. de nego. ges. nisi prius petita, & obtenta restitutio. Si verò debitor soluat cum autoritate tutoris, vel curatoris, & etiam iudicis tunc perfectè remanet debitor liberatus, adeo, vt licet postea sit perempta vel consumpta pecunia, culpa, vel facilitate eorum, perfectè remanet liberatus, & nulla competit restitutio. tex. est. in. l. ait prætor. §. permittitur. ff. de mino. tex. in. l. sancimus la. i. C. de admi. tuto, tex. in. §. ad ex contrario. Instit. quibus. alie. licet, vel non & idem disponit. l. 4. titu. 14. 5. part. quod tamē intellige, quando talis debitor soluit coactus & compulsus per iudicem: quia allegavit creditorem esse minorem, & non esse tutū ei soluere, & hoc non obstante: iudex præcipit ei soluere. ita probat tex. in. dict. l. ait prætor. §. permittitur. ff. de mino. & ibi Bar. & alii docto. & hoc reputat singulare Paul. de Cast. in dict. l. i. C. si aduer. solu. & si quæras, quare decretum & authoritas iudicis tollit beneficium restitutio. hoc casu, & non in venditione, vel alienatione rerum immobilia minoris, vt in. l. siquidem. C. de præ. mino. dic, quod ratio est quia venditio alienatio & alii contractus fiunt ex voluntate: solutio verò debiti fit ex necessitate: ita soluit & declarat. gl. Bar. & commun. docto. in dict. l. ait prætor. §. permittitur. ff. de mino. Odofer. & commun. docto: in. l. i. C. si aduer. solu. Octauo infertur, quod si minor solus, vel cum autoritate tutoris vel curatoris adiuit & acceptauit hereditatem damnosam sibi delatam, ex testamento vel ab intestato, vel lucrosam omisit, & repudiavit potest restitui. tex. est. in. l. ait prætor. §. non solum el. i. versi. fi. ff. de mino. text. in. l. & si fine. §. restitutus. eo. tit. tex. in. l. quod si minor. §. Sceuola. eo. tit. text. in. l. i. & per totum. C. si minor ab hereditate se abstinuerit. tex. in. l. i. C. si tutor, vel curator iteruenuerit. text. in. l. i. & per totum. C. si vt omissam hereditatem, tex. in. l. fin. C. de repu. hære. tex. in. l. pe. C. de in. inte. resti. & vtrobiq; docto. & idem dispo-

nit. l. 18. tit. 6. par. & in. l. 7. tit. fi. 6. part. ex quo dicebat Bald. indist. l. ait prætor. §. non solum quod si minor acceptauit officium commissariæ vel executoris testamenti, & ex eo aliquod damnum patiatur potest restitui. ¶ Nono in. illatio 9 fertur quod si minor sit Iesus in electio. & quia deteriore rem sibi eligerit potest restitui. tex. est. in. l. & si sine versi. ff. de mino. & ibi notat & commendat Bar. Albe. Bal. & commun. docto. ex quo dicit ibi Bal. quod idem erit in divisione alicuius hereditatis, vel rei inter fratres, vel heredes: quia si minor optauerit detractionem partem potest restitui. secus tamen erit secundum eum si contingat vel obueniat sibi in sortem: quia tunc non poterit restitui cum Iesus fuerit iure comuni, & laesio nō proueniat sui facilitate: sed ex iudicio sortis, & aduersæ fortunæ quod est nouum & singulare in practica. ¶ Decimo in. illatio 10 fertur quod si minor omisit vel renunciauit tacite vel expressè termino probatorio quod potest restitui. tex. est. in. l. minor. 25. ann. ff. de mino. cuius verba sunt minor. 25. ann. omissam allegationem per integrum restitutio. sanxilium repetere potest, & ibi glo. or. Bart. Albe. Bal. & commun. docto. imo quod magis est hoc poterit facere potest publicatas attestations: ita ibi glo. or. & commun. docto. tenet etiam Bart. notabiliter in. l. i. §. nuntiatio. ff. de ope. no. nun. pe. col. nu. 33. & ibi moderni. idem Bar. in. l. nam postea quam. §. si minor. ff. de iure. 2. col. & ibi etiā docto. innocen. in cap. auditis de in. inte. resti. & ibi Anto. Abb. Cardi. Imola, & commun. docto. & idem disponit lex. 17. & 18. in. ll. de Madrid & licet de iure communi. ista sententia. & conclusio tantum procederet, quādo minor nullam probationem fecisset in termino probatorio sibi assignato, nec aliquos testes produxisset, propter euidēs periculum subornationis tamen prædictæ. ll. regiæ disponunt contrarium imo quod in distinctæ possit restitui post publicatas attestations, ad probationem faciendam, & ita practicatur adde tamē quod hoc casu aduersarius etiā maior potest similiter vt termino concessō minori ad probationem faciendam: ita disponunt prædictæ leges regiæ & earum decisio confirmatur per tex. no. in. l. pe. C. de tempore in. inte. resti. pe. & ibi Bar. Bal. Paul. & commun. docto. confirmatur etiam ex doctrina Bart. in. l. i. §. nuntiatio. ff. de ope. noui. nun. fi. col. & quæstione innocen. & commun. doct. in capit. auditis de pres. quod limita & intellige præter quam si talis minor. esset doctor legum, vel aduocatus: ga. non

*illatio 11.* non posset istam restitutionem petere. glo. est singul. & vnicā l. professio. C. de bonis patri. quam ibi reputat singul. Pla. in. fi. & alii doc. Vnde cimo infertur quod si minor sit condēnatus per sententiam diffiniū iuam in causa ci- uili vel criminali , & in ea sit lāsus errore, vel imperitia iudicis, vel culpa, & facilitate minori quia non opposuit vel probavit exceptio- nem sibi competentem, vel aliam iuris defen- sionem: pōt restitui textus. est in. l. 2. q. & per totū. C. si aduer. rē iudi. & ibi. g. or. tex. in. l. 1. C. si sēpius in integ. resti. postu. text. in. l. perē- torias. C. sen. ref. non po. & ibi etiā doct. & idē disponit lex. 1.2. & .3. tit. 56. 3. par. quod tamē in tellige. & declara isto modo: nam si minor est lāsus in ipsa sententia; quia plenē de iure suo probavit & iudex eū iniuste cōdēnauit debet intētionē suā fundare in hoc, & petere, vt re- stituatur, & iterū rectē iudicetur ex eisdem a- diis: siverò nō est lāsus in ipsa senten. sed ex eo q̄ omisit aliq̄ exceptionē perēptoriā, vel pba- tionē necessariā pro victoria cause, tunc c̄ debet restitui aduersus sententiā, & omnia alia acta p- cessus vsq; ad illā tñ partem in qua fuit lāsus vt reponatur in illo statu: ita fin. declarat Bar. in. l. fi. C. aduer. rē iudi. Sa. meliusq; alibi in. l. 1. eiusdem. tit. pe. col. nu. io. idē Bar. in. l. nam po- stea q̄. si minor. ff. dñur. iu. Itē adce si post sen- tentiam. est lapsus tempus datū ad appelan- dum eo ipso minor censetur lāsus & potest re- flitiū tex. est in. l. 1. C. si sēpius in inte. resti. po- stu. & ibi cō. do. Duodecimo & infertur q̄ in omni actu & negotio cuiuscūq; nature & qua- litatis in quo minor lādatur potest restitui. tex. est in. l. 1. & per totū. ff. de resti. in. inte. tex. in. l. 1. & per totum. C. eo. tit. & vtrobiq; cō. do. Quārō tamen pro declaratione materiē quid debeat probare minor q̄n petit restitutionē, & breuiter & resolutiue dico, q̄ debet proba- re se minorē & lēsu. tex. est in. l. ait prētor. q̄. nō solū el. 1. vers. mihi autē. ff. de min. cuius verba sunt, mihi autē semper succurrentū esse vide- tur, si minor sit & se circūuentū doceat & ibi notat & cōmendat Odo. Bar. Albe. Bal. tex. in. l. nō omnia eo. tit. tex. in. l. nā postea q̄. q̄. si mi- nor. ff. de iure iu. & ibi gl. or. Bar. tex. in. l. mi- noribus la. 1. C. de in integ. resti. & ibi doct. & idē disponit lex. 1.2. & .6. tit. q̄. fi. 6. par. Itē quā-

*illatio 12.* ro an beneficiū restitutionis in integr. trāfeat ad hāredes & breuiter dico q̄ sic text. est in. l. non solū. ff. de in integ. resti. & ibi gl. or. Bart. Albe. Bal. & cō. doc. tex. in. l. minor autē magi- stratus. q̄. fi. ff. de mino. tex. in. 2. 3. 4. & per to- tū. C. de tēpo. in. integ. resti. pe. tex. in. l. titia. ff.

de iure doti. & vtrobiq; cō. do. & idem dispo- nit lex. 8. in. fi. tit. fi. 6. par. & firmatur quia be- neficiū veleiani competens mulieri. q̄n extitit fideiussor pro alio trāfit ad hāredes, tex. est in. l. hāredes. C. ad veleia. & ibi cō. do. nec obstat q̄ beneficium vel p̄eūilegiū personale extin- guitur cū persona & non transit ad hāredes vt in. l. quia tale. ff. de solu. ma. & in. l. 1. in. fi. ff. de conf. prin. & in. l. in omnibus la. 3. fi. de reg. iu. & in. regula priuilegiū de regu. iu. in. 6. cum simi. qui debet intelligi q̄n priuilegiū cōcedi- tur principaliter & immediatē ratione perso- ne: secus autē fin ista consideratione personę & aliquius damnū vel lāsionis, vel fragilitatis sexus, vt in minore & muliere: ita tenet & de- clarat Dīnus, & alii doct. in. d. regu. priuilegiū de regu. iu. in. 6. Bar. & cō. doct. in. d. l. quia ta- le. ff. solu. mat.

Item quārō an beneficium restitutionis in integrum transeat contra tertium possessorē: in quo articulo resolutiue dico quod transit, quando talis tertius possessor emit, habuit, vel acquisiuit rem sc̄ienter vel quando primus emptor vel ille qui cōtraxit cum minore nō est soluendo tex. est notabilis & exp̄essus in lān causā la. 1. §. interdum cum. l. sequen. ff. de mino & ibi notat & commēdat glo. or. Odo. Bar. Albe. Bald. & commun. docto. quod ta- men intelligo & declaro sic quod si minor est lēsus in precio quia vendidit minus iusto pre- cō tunc ille tertius possessor teneatur in p̄adictis duobus casib⁹. Si verò minor est lēsus ipso contractu & alienatione rei quia non ex- pediebat sibi vendere tunc indistincte possit agere cōtrateriū possessorū modo fuerit sc̄ies modo ignorās & modo prim⁹ emptor vel cō- trahēs sit soluendo modo nō quia alias talis minor remaneret in dāno & careret re sua & iste sit verus & realis sensus p̄adictorū iuriū & facit tex. in. l. si ex causa. ff. de mi. tex. in. l. si cum exceptione. q̄. in hac. ff. quod me. cau.

Item quārō infra quantum tempus debeat peti ista restitutio, & breuiter & resolutiue di- co quod infra quadriēnum continuum com- putandum à die quo est lapsus tempus. 25. annorum text. est formalis & exp̄essus in. l. final. C. de tempo. in. integr. resti. peten. & il. 1. glo. or. Odofre. Pe. Cinus. Albe. Bar. Bal. Pau. Sali. & commun. doct. idem disponit. l. 8. titu. fi. sexta parte. & idem est quando competit restitutio rei publicæ, ecclesiæ, vel maiori: quia debet peti infra quadriennium: sed hoc casu computatur adie contractus, vel lesionis . Ista est glossa notabilis & ordinaria

*Prūllo iij. lxxx  
Restitutionis t̄ta  
It. 2. 1. 2. 2. 3. 4.*

ordinaria in l.respublica. C. quibus ex causis  
maio. & ibi notat & cōmendat Odof.Petrus.  
Cinus Jacob.Bu. Bar.Albe.Bald.Paul.& com  
muniter doctores pro qua gloss. & commun.  
opinione est hodie casus in capit.primo de in  
integrū resti.libr.6. & in clementina prima.  
codem titu. & idem disponit.l.fi.titu.fi.6.par  
te &.l.7.tit.29.3.part.quod intellige & exten  
de modo petatur restitutio aduersus lāsionē  
causatam ex contractu vel quasi sententia vel  
actu iudicari modo petatur aduersus lēfio  
nem causatā ex cursu, & lapsu temporis maxi  
mi vel modici tex.est in dic.cle.i.de integ.ref.  
& ibi commun.docto.& per illum tex.tenant  
etiam commun.dscit.in dict.l.fi.C.de tempo.  
in integ.resti.pe.ex quo deducitur & infertur  
quod licet regulariter officium iudicis nobile  
& remedium eius duret, & possit intentari in  
fra.30.annos ut est glo.singula. & vnicā incto  
text.in.l.sicut in rem.C.de præf.30.vel.40.an.  
quam ad hoc reputat vnicam Bald.&cōmun.  
doct.tamen secus est in nostro casu: quando  
competit ad recisionem alicuius actus, vel con  
tractus. Adde tamē quod licet minor restitua  
tur aduersus omnes contractus in quibus est  
lēsus in minori ētate: tamen non potest restitu  
tui aduersus eos, quos fecit infra quadriēniū  
post.25. annum: quia illud datur & competit  
ad petendam restitutioñem contra ea quā fe  
cit durante minori ētate, & eam potest pete  
re infra quadriēniū continuum post.25. an  
num: sed contra ea quā de nouo fecerit, in ip  
so quadriēniū non potest restitui: quia cessat  
fundamentum lāsionis & restitutioñis, quod  
est minor ētas: ita probat tex.singularis, &  
vnicus in.l.doli mali exceptio verfi.diuersum  
el.secūdo.ff.de noua.vbi expressē disponit,  
quod non restituitur minor in actu, vel con  
tractu factō post vigintiquinque annos etiā  
insta tempus, infra quod posset restitui: quod  
de iure antiquo erat annus, & hodie est qua  
driennium & adhoc illum tex.reputat singu  
& vnicus Bar.ibi.2.colum.num.4.Albe.fin  
cōl.Bal.Ange.Paul.de Cast.& Ioan.de Imol.  
facit etiam tex.in.l.Papinianus exuli.ff.de mi  
no.text.in.l.i.& pertotum.C.si maior factus,  
quod tamen fact in repudiatione hāreditati  
s, paternē: quia filius etiam maior.25.annorū  
eam repudiet infra quadriennium potest in  
fra triennium computandū post lapsū qua  
diennii eam reuocare & adire, & speciale in  
hāreditate paterna: quia videtur filius quasi  
ad bona propria venire.tex.est singularis, &  
vnicus in.l.fi.C.de repu.hāre. & adhocrepū

tat singularem & vnicum ibi Bart.C.inus.A.  
Ange.Sali.Paul.Alex.Iaso.& commun. doc.  
& idem disponit.l.fi.titu.6.6.part.

8 Item quāro qualiter istud remedium, & bene  
ficiū restitutioñis in integrū proponatur  
& dēducatur in iudicio, & magistraliter dico,  
quod duplīciter primo modo principaliter  
narrando, & concludendo ea quā sunt neces  
saria, & implorando iudicis officium nobile  
pro restitutioñe consequenda, vt ex p̄dictis  
patet & probat tex.in.l.quod si minor.5.fin  
ff.de mino.cuius verba sunt.Ex hoc edictonu  
lla propria actio. proficiscitur: totum autem  
pendet ex prætoris cognitione & ibi commu  
niter doct. Secundō modo incidenter per viā  
exceptionis, vt si quis agat ex aliquo actu, vel  
contractu contra minorem lāsum, possit hoc  
remedio se defendere, illud incidenter per viā  
exceptionis proponendo.argu.tex.in.l.Papi  
nianus.5.si filius.ff.de inoffi.testa. vbi querel  
la inofficioſi testamenti potest sic proponi, &  
ibi notat & commendat Bart.& communiter  
doct.facit etiam text.in.l.si quasi.C. de non  
numerata pecunia iuncta communi sententia  
vbi habetur, quod exceptio non numeratæ  
pecuniæ, potest proponi principaliter peten  
do se liberari, à p̄missione mutui, & chirogra  
phum rumpi, vel cancelari. vel incidenter per  
viā exceptionis si à creditore petatur mutu  
um proponendo exceptionem non numera  
tæ pecuniæ, & facit regula iuris quā habet, q̄  
cui damus actionem multò fortius exceptio  
nem, & in terminis: ita tenet & declarat Salic.  
in.l.fi.C.de tempo.in integ.resti.pe. fi.col.&  
ibi Iacobi de san.geor.iuxta quod tamē nece  
ssario quāro an in casu, quo minor proponit  
beneficiū restitutioñis in integrū incidē  
ter per viam exceptionis duret tantū quadriē  
niū sicut si principaliter proponeret: an ve  
rō duret perpetuo & videtur quod duret per  
petuo: quia ea quā sunt ānalia ad agendum  
sunt perpetua ad excipendum tex.in.l.purē,  
ff.de doli exceptio. cum similibus. Sed con  
trarium est tenendum: imo quod vtroq; casu  
debeat proponi infra quadriēniū: quia illa  
regula debet intelligi quando quis non po  
test ius suum proponere in iudicio agendo,  
sed tantum excipiēdo: quia tunc potest per  
petuo excipere quia sibi non est quid im  
putandum: secus verō quando potest ius suum  
proponere, in iudicio agendo intra tempus, à  
iure limitatum: quia similiter tenetur excipe  
re infra illud: quia sibi est culpa imputāda, &  
in expresso istam sententiam. & conclusionē  
probat

probat tex. in dict. l. papinianus. §. si filius. ff. de inoffi. testa. & ibi testa. & ibi tenet & declarat notabiliter Pau. de Cast. & alii doct. idem Pau. & alii etiam doct. in l. nam postea quam §. si minor. ff. de iureiu. Angel. de Perus. in l. si quis libertatem. §. nam cum quidam. ff. petit. hæredi. innocen. in capitul. cum dilectus secūda colum. num. quinto de ordi. cogni. Abbas in cap. fin autem de rescrip. secunda columnā & ibi communī. doctores. præcipue felinus .4. col.

Item quæro an beneficium restitutionis in integrū cōpetens minori cōpetat etiā eius fideiussori in quo articulo breuiter, & resolutiū dico quod aliqua est exceptio realis causata respectu rei & nō personæ vt rei iudicatæ solutionis, præscriptionis nouationis, iuris iurandi, pauci de non petendo, non numerata pecunia, dolis, metus, vel similis: & tūc talis exceptio competens minori principaliter obligato, competit etiam eius fideiussori. tex. est notabilis, & expressus in l. exceptiones qua. ff. de exceptio. titu. generali & ibi glossa ordinaria. & communiter doctores textus in l. omnes. codem. titul. textus. in l. ex persona ff. de fideiu. tex. in l. in oībus la. 3. ff. de reg. iu. tex. in l. & hære. §. fi. ff. de paet. tex. in l. tā mā datori. C. de nō nu. pe. imo etiā his casibus cōpetit inuitio minore. vt dictis iurib⁹ probatur aliqua est exceptio personalis vt beneficiū restitutio in integrū. quod prouenit & causa tur tñ respectu personæ minoris & eius ætatis, vel neq; sōueniatur ultraquæ facere possit vel alia similis exceptio mere personalis, & illa non competit fideiussori: quia intuitu personæ concessa est tex. est in dict. l. exceptionē qua. ff. de excep. tex. in l. in causē la. 1. ff. de mi no. tex. in l. 1. ff. de mi. & l. 2. C. de fideiu. mi. & hoc casu nō datur fideiussori recursus cōtra minor. pro quo intercessit imo si ageret contra eū. actione mandati, restitueretur minor, vt dict. l. in causē la. 1. & 2. C. de fideiu. & in effetu istam doctrinam. & resolutionem tenent gg. or. & commun. docto. in dictis locis. g. in l. minor. 25. an. ff. de procu. & ibi commu. g. etiā & doctor. in l. si pupillus. ff. de arbitris. g. etiā & commun. doct. in l. si pupillus la. 2. ff. de acquirend. hæredit. glossa. etiam & commun. doctor. in l. & si fideiussor. ff. de reiudicata Fa ber. Angel. & communiter docto. in. §. l. insti. de excep.

Itēquero si duo, vel plures habent rē, vel cām cōmūnē, quarūvnu sit minor, alter maior: an restitutio minori concessa proficit maiori, & re

solutiū dico, quod aut res vel causa erat merē diuidua, & nullo modo prodest maiori. vt si haberent rem, vel causam communem & omnes pacto, vel transactio. alienauerunt, vel amiserunt eam: quia restituto, minore in sua parte non censemur alii socii restituti text. est in l. vnicā. C. si in communī eadem q; causa. & ibi commun. doct. si verò res vel causa est indiuidua. vt seruitus: tunc restitutio concessa minori prodest maiori: quia si plures habent ius seruitutis in fundo alieno, qui remiserūt seruitutem. & vnu eorum est minor, & restituitur est eius restitutio p̄dest aliis majoribus argu mento tex. in l. si communem. ff. quemad. ser ui. ami. & in l. loci corpus. §. si fundus. ff. si ser uitus venditur & in expreſſo: ita tenet glo. ordinaria in dict. l. vnicā. C. si in communī eadē que causa, & ibi Pau. de Cast. sed verior & cō munior opinio est in contrarium: imo quod talis restitutio tantum proficit minori: quia licet seruitus sit indiuidua, & non possit confli tui pro parte: tamen in nostro casu non resti tuitur minori pro parte: sed in solidum: & si alii socii maiores velint vt seruitute: obstat ei exceptio & repellentur argumento tex. in l. per fundum. ff. de scrui. rusli. prædio. & in ef fectu: ita tenet Petrus Cinus Iaco. Bu. Bart. Al be. Bald. Ange. Sali. Iaco. de san. Geor. & com mun. doct. in dict. l. vnicā. C. si in communī ea demq; causa.

Item quæro an post legitimam etatē virgin tiquinque annorum possit quis ratificare, quod fecit in minore etate: vt excludatur à beneficio restitutio, & resolutiū dico quod si contractus mero iure valuit, quia fuit gestus cum debita iuris solemnitate: sed minor fuit læsus, & poterat restitui, ratificatio valet, & tenet & tollit beneficium restitu tionis in integrum, quod si ibi competebat, & confirmat contractum, prout ex tunc. tex tus est qui sic debet intelligi in l. prima & se cunda. C. si maior factus ratum habuerit, & ibi glossa, ordinaria. & communiter doctores Si verò contractus ipso iure non valuit: quia non interuenit decretum in casu. quo requi rebatur ratificatio etiam valet, & confirmat contractum, & tollit beneficium competens ratione minoris etatis non tamen tollit beneficium, vel ius competens maioribus: vt remedium legis secundæ. C. de rescindendi vendi. vel aliud simile textus est, qui sic debet intelligi in lege secunda. C. si maior factus alienationem factam sine decreto ratam habuerit & ibi glossa ordinaria. & ibi & com

## Tomi.II.Cap.X III.

& commun.doct Item adde quod hoc casu si post legitimam etatem non ratificauit expre se sufficit tacite per lapsum quinq; annorum quando contractus fuit onerosus vel per decē quando contractus fuit lucratius inter præsentes vel per viginti inter absentes tex.est singularis, & vnicus in.l.fi.eiusdem tituli quem ibi adhoc reputat singularem Bart.& reputat vnicum Bald.& Sali.

12 Item quæro an minor possit impetrare veniam etatis & amittat beneficia à iure concessa minoribus & breuiter dico quod si masculus sit.20.ann.& femina.18.& probet se habile ad administrationē gerendam potest impetrare à solo principe veniam etatis & virtus & effectus est ut possit bona sua perse exercere & gubernare tanquam maior & eximatur à potestate curatoris si habebat ,& similiter amittat beneficium restitutionis! in integrum super cōtractibus postea per eū gestis nē illiq; cū eis contrahunt principali authoritate circumscripsi esse videātur. bona tamē immobilia nō poterit alienare sine decreto & si cū decreto alienet potest restituī text. est in.l.i.2.&.3. C. de his qui veniam etatis impetraverunt & ibi gl. ordinar. Azo. in summa Odofre. & commun. docto. & ita communiter ponitur in cōcessiōnibus veniætatis quas in isto regno concedit princeps. Aduertendum tamen quod text.in.dicit.l.2. requiritur quod talis minor post impetratam veniam etatis eam præsentet coram iudice ordinario& probet se maiorem.20.annorum & similiter esse idoneum ad administranda & gubernanda bona sua, & ita tenet, & declarat ibi gl.or. & commun. doct. sed illud intelligo quādo coram principe anteveniam concessam hoc non sit secus vero si fiat prius coram principe quia a fortiori illud sufficeret & ita practicatur. Item adde quod tequiritur quod prædictus minor impetrans veniam etatis ostendat & præsentet coram iudice præulegium & gratiam principis, & iudex concedat & decernat administrationem:ita probat tex. in.l.ea quæ. C.de tempo. in integ. resti. peten. & ibi communis opinio. Vnum tamen est q; si alicui reliquatur aliquod legatum vel fidei commissum in ultima voluntate, vel promittatur aliquod debitum in tempus legitimæ etatis quod non debetur sibi nec potest petere donec sit perfecte & naturalis etatis. xxv.an. nec sufficit sibi impetrasse veniam etatis:qua in dubio illa dispositio testatoris, vel cōtrahētis debet intelligi, & referri ad legitimam perfectam & naturalem etatem.25.anno. tex.est

no.in.l.fin.C.de his qui ve. etatis impe. & ibi notat & commendat glo.or.& commun. doct. & idem est quando tale legatum vel debitum est relictum vel promissum in tēpus quo quis possit res suas gubernare, & administrare: q; intelligitur de tempore legitimo.25.annorum tex.est singularis in iure in.l.fi.ff.de condit.& demons. & ibi glo.or.& commun. docto

13 Item quæro an & quando in alienatione rerum minoris requiratur decretum in quo articulo magistraliter.& resolutiuē dico quod in alienatione rerum immobiliū semper requiritur decretum licencia,& autoritas iudicis quod debet præcedere , & interponi ex iusta causa puta eris alieni alimentorum velex simili causa & debet legitime pbari & in actis per tabellionem redigi & nod sufficit eius simplex assertio alias non valet cōtractus sed est ipso iure nullus,& potest res vendicari à quo libet possessore ac sinullus cōtractus vel alie natio præcessisset tex est capitalis & expressus in.l.i.& per totum. ff.de rebus eorum tex.in.l 2.ver.1.ff.de officio eius cui est man.iuris. tex. in.l.3.¶.feuerus. ff.de suspect.tuto.tex.in.l.i.& per totum. C.de prædiis minorum tex.in.l.lex quæ tutores. C.de admi.tu.tex.in.l.i.& per totum. C. quando decreto opus non est text. in l.3.C.de his qui veniam etatis impetrata. tex.in.l.2. C.de cura.furio.& idem disponit lex.18.titu.16.6.part.& lex.60.titu.18.3.par.& idem est in alienatione rerum mobilium quæ seruando seruari possunt vt auri argenti gemæ serui, vel alterius rei præciose alię autem res quæ seruari non possunt bene possunt alienari text. est in.l. lex quæ tuto. C.de admi. tuto. & ibi glo.or.& commun. doct. & adde quod illę di cuntur res quæ seruando seruari non possunt quæ non possunt durare triēnio. glo.est singularis & vnicus in.l.vna. C.si aduersus vsucacionem in.g.magna in medio & ibi notat & commendat Ange. & alii doct. & reputat vnicam Ange.in dicit.l.lex quæ tuto. C.de admi.tuto. idem Ange.in.l.i.¶.fuit quæsumum. ff.ad trebe. & ibi moderni.Alexan.in.l.procuratorem.C. de procu. quod primo extende vt procedat, & habeat locum etiam si pater sit tutor vel cu rator filii emancipati,vel legitim⁹ administrator filii existentis in potestate licet hoc casu iudex debet esse pronior ad licentiam concedandam tex.est in.l. si pupillorū.¶. si pater. ff. de rebus eorum , & ibi notat, & commendat Bar.Albe.& communiter doct.in.l.cum emācipatis.C.de prædi.mino.& ibi Bal.Sali.& alii doct. ex quibus videtur reprobandum dictū vnicum

dictum vnicum & singulare Azonis in summa. C. de bonis quæ libe. 2. col. in medio vbi dicit q[uod] pater legitimus administrator filij pot bona eius alienare sine decreto. & illud dictu reputat vnicum & non alibi Roma. in l. singularia. ff. si Cer. peta. 4. col. nū. 15. & ibi Iaso. 8. col. num. 14. Aretinus in l. si. §. Pupillus infra isto. it. 2. col. Fabia. de monte intrac. emp. & ven. versi. sequitur videre. 1. col. in fine xg il-  
Iud dictum Azo. sequitur Bald. in l. 1. si. de rebus. eorum & ibi Cuma. idem Bald. in l. si pu-  
pilos. §. si pater eo tit. idem. Bal. in l. si. finau-  
tem. C. de bonis quæ libe. si. colum. & ibi Pan.  
& alii. docto. idem Bal. in l. præsens. C. detra-  
factio. & ibi Alexan. Iaso. Iaco. de san. Geor.  
& Lancelotus qui dicit hanc esse communē.  
epi. licet ibi expresse reprobat Salicetus & te-  
nendo dictum Azo. & communem opinio-  
nem. ad iura cōtraria superius adducta debet  
responderi quod loquitur in patre tuteore vel  
curatore fili emancipati: secus vero in patre  
legitimo administratore filij in potestate. cui  
maior potestas & licentia videtur à iure con-  
cessa & confirmatur: quia pater legitimus  
administrator non tenetur facere inuenta-  
rium honorū filij, nec tenetur reddere ratio-  
nes: Sed quando est tutor vel curator filije  
emancipati, sic tex. est in l. cum oportet. §. nō  
autem. C. de bonis quæ libe. & ibi communi-  
docto. text. in l. licet. C. ad legem fal. & ibi do-  
cto. tex. in l. si superstite. C. de dolo & ibi etiā  
communit. docto. & ista opinio. est tenenda  
licet in puncto iuris contraria videtur verior  
quam bene fundat Iaso. in l. preses. C. detra-  
fact. 2. colum. Secundò principaliter extende  
etiam si minor non sit dominus: Sed quasi do-  
minus, quia emit rem à nō domino & habet  
publitiam. text. est in l. magis puto. §. si pu-  
pillis. ff. de rebus eorum, & ibi notat & com-  
mendat glossa ord. Bart. Albe. & commu. do-  
cto &c. illum text. ad hoc reputat singularem  
Aretinus in l. 1. §. si vir vxori. ff. de Acqui pos-  
se. 2. col. in fine.

14 Tertiò extende, vt procedat etiam si mi-  
nor non alienet de patrimonio: sed remittat  
vel renuntiet & desinat acquirere aliquam  
rem immobilem. in qua est sibi quæ situm do-  
minium ipso iure, vt legatum fideicommissum  
sibi relictum. text. bene notandus in l.  
magis puto. §. fundum. ff. de rebus eorum &  
ibi notat & commendat glossa ord. Barto. Al-  
be. Bald. & communiter doctores, & reputat  
singularem Cumanus: notat etiam & com-  
mendat Paul. de Castr. in l. legatum la prime-

ra. ff. delegatis primo: & ibi modetni Chüs  
in l. si mihi & tibi. 1. colum na eodem titu. Imo  
la in. C tua nuper de his quæ sunt aperte. sine  
con. capi. 3. colum. & ibi cano. aduertendum  
tamen quod contra illum textus facit text.  
notabilis & expressus in l. quia autem. §. 1. ff.  
quæ in frau. credit. vbi habeatur quod licet de  
bitor nō possit bona sua alienare in fraudem  
creditorum tamen bene potest renuntiare &  
repudiare hereditatem vel legatum sibi reli-  
ctum, etiam in fraudem creditorum, quia il-  
la non dicitur alienatio probat etiam text. in  
l. si sponsus. §. si. maritus. ff. de donatio. in-  
tervirum & vxorem vbi disponitur: quod  
licet maritus non possit constante matrimo-  
nio aliquid donare vxori suæ: tamen bene  
potest in eius favorem renuntiare vel repu-  
diare hereditatem, vel legatum in qua vel  
quo ipsa vxor est substituta ut ad eam perue-  
niat: quia non dicitur ei aliquid donare: Sed  
omissis aliis notabiliter respondeo, quod in  
iuribus contrariis tantum prohibetur quis  
alienare & diminuere patrimonium iam quæ  
situm non tamen quærendum: vnde si omitt-  
atur, & renuntiet illud quod posset acqui-  
rere, cessat ratio illorum iu: in nostro vero ca-  
su non solerit prohibetur minor alienare &  
diminuere patrimonium: sed etiam prohibe-  
tur omittere, renuntiare & desinere acquire-  
re bona, adquæ habet ius plenum & efficax  
adquirendi favorem minoris aetatis. vnde me-  
ritò non potest repudiare hereditatem vel le-  
gatum sibi relictum in qua vel quo contine-  
tur res immobilis sine decreto & ita procedat  
text. in dicta l. magis puto. §. fundum. ff. de re-  
bus eorum, & iste est eius verus & realis intel-  
lectus & in terminis ita tenet & declarat ibi  
Albe. & Cumanus in dicta l. qui autem. §. 1. ff.  
quæ in fraudem creditorum. confirmatur, quia  
minor non solum restituitur, quando ex ali-  
quo actu vel contractu est iesus & damnum  
recepit verum etiam quando lucrum iussum  
amisit tex in l. ait prætor. §. si. ff. de mino. tex.  
in l. non omnia eodem titulo & ibi commu-  
docto. Quartò extende, vt procedat & habeat  
locum etiam q[uod] personaliter promisit, vel se  
obligauit ex qualibet causa, rem immobilem  
alteri dare vel tradere, vel, cedat vel remittat  
actionem personalem, quam habet ad eam  
consequendam: ex quo deducitur & infertur  
q[uod] eiusdem iuris est actio personalis ad iure con-  
sequendam, q[uod] ipsam et res: & tali actione de-  
bet verificari & habere locū omnia, quæ sunt  
disposita in ipsam et principali. tex est no-  
tabilis

## Tomi.II.Cap.X IIII.

30 Quartò, & principaliter prohibetur cōtra- here prodigis cui bonis interdictū eſt, nam ſi quis prodigaliter indiscrete & in cōſulte de uafat & coſumit patrimonium ſuum caſa cognita & precedēte cognitione debet ei per iudicem interdicti bonis & poſtea nō poterit contrahere, vel quāl contrahere imo nec teſtari nec codicilari. tex. eſt capitalis & ex preſuſ in. l. is cui bonis in ſra iſto. ti. tex. in. l. l. & p- to. ff. & C. de curato. furio. & prodi. tex. in. l. is cui lege. ff. de teſtamen. tex. in. §. item. prodigis in ſli. quibus non eſt permī. fa. teſta. cum ſimilibus & idem diſponit lex. §. tit. ii. §. parti. & l. l. tit. i. 6. partit. cuius ratio eſt quia propter tale vicium preſumitur carere ſenu, & intellectu, & equiparatur furioso, vel pupillo. tex. eſt in. l. his qui. §. fi. ff. de tuto. & curat. da- tis ab his. tex. in. l. certi cōdictio. §. quoniam. ff. fi cert. petat. text. in. l. Fulcinus. §. adeo. ff. qui ex cau. in poſſe. ea. 2. ratio eſt quia conue- nit rei publice ne ſubdit malē vt tantur ſubſta-

tia ſua text. eſt in auten. vt iudices ſine quo- quo fuſſra. §. conſiderauimus colla. 2. text. in §. ſed & maior inſti. de his qui ſunt ſuvel alie- iu. & inde eſt q̄ pro digis dicunt quāl pro- cul. à regimine ſecundum Aristotelem quem refert Bald. in dicta. l. is cui lege. ff. de teſtam. & hoc caſu datur ei per iudicem curator. qui adminiſtre bona ſuatāquā minori, vel fu- rioso text. eſt in dicta. l. l. & per iu. ff. & C. de cura. fu. vnum tamen eſt quōd actus vel con- tractus geſtus cū tali curatore prodigi adeo valet & tenet quōd licet ex eo prodigi ſit le- ſus non poterit reſtitui quia lege non reperi- tur cautum ita ſingu. Odrofre. in. l. ſicurato- rem habens. C. de integrum reſti. 3. col. & ibi Albe. 2. col. Sed contrarium eſt tenendū imo quōd hoc caſu. competat reſtitutio quia o- mnia beneficia & preuilegia que de iure com- petunt minoribus competunt etiam prodigiis iſta eſt glossa ſingula. & vniſa in. l. 2. C. de cura. furio. in verbo ad agnatū, & ad hoc no- tat & commendat ibi Bal. & alij docto. idem Bal. in. l. fi. C. in quibus cau. reſti. integ. nō eſt nece. i. col. num. 2. illam etiam glo. ad hoc re- putat ſingu. & vnicā Bald. in. c. i. de beneficio fratris in viſi feudo. 2. col. nū. 4. reputat ſingu. Ioan. de imo. in. l. imperatores. ff. de reiudica. 1. col. in medio. idem imola in. l. ſi vero. §. de vi- ro. ff. ſolu. matri. i. col. Bald. in. l. ſi curatorem habens. C. de integ. reſti. & ibi Pau. de Caſtr. Alexan. & Iaco. de san. Geor. Bart. in. l. Mar- cellus. ff. de fideiſ. 2. col. & ibi Bald. Imola. & alij doct. Bologninus. in repeti. rubri. ff. ſi cer- peta. penul. col. num. 61.

31 Dubium tamen eſt ſi quis ſit notorie pro- digis & immoderat expēdat patrimoniuſ ſuum non tamen eſt ſibi facta interdictio per iudicem an poſſit contrahere, vel quāl contrahere teſtari, vel codicillari & videtur q̄ non cum equipare pupillo, vel furioso vt iuribus ſupra allegatis itē etiam, & .2. quia no- torium, & ſententia equiparantur text. eſt in. l. emptorem. ff. de actio. emptio. tex. in. l. ſi. ve- rō pro condēnato. §. i. ff. qui ſatiſ. cogan. ſi ergo notorie prodigis fruſtra requiritur iudicis interdictio. Tertiò facit tex. ſingularis in iu- re in. l. ſi q̄ uis cū ſciret in fine. ff. de vſuca. pro emptore vbi habetur quōd ille qui emit ab eo qui ſcī ſtatim perditur, & cōſumpturum in malum, & deprauatum vſum non eſt in bo- na fide nec habet eum obligatum nec aliquo modo poterit contra eum agere, vel aliquod petere & iſtam ſenten. & con. tenet glo. ordi. in. l. is cui lege. ff. de teſta. in glos. i. inſin. pe. de

## Tomi.II.Cap.X IIII.

per in.l.is cui bonis.ff.de verbo oblig.Sed his non obstantibus contrarium est tenendum imo quod notoriae prodigus possit contraherere & testari & omnia facere que quilibet sanguinis potest facere antequam sibi interdictatur bonis.vnde aduerte in practica q requiri tur causae cognitio de dilapidatione.item q detur sibi curator ite quod iudex interdicat ei bonorum suorum administrationem item quod faciat publice præconizare vt nulus de cetero cum eo contrahat ita probat tex. in.d. l.i.ss.& per totum.ff.de cura.furio.text.in.l.i. & per totum.C.eod.tit.text.in.l.is cui bonis infra isto titul.text.in.l.is cui lege.ff.de testa & in expresso ita tenet glos.in d.l.his cui bonis & ibi communit.docto.& idem disponit l.s.tit.n.s.par.ex quo etiam inferas,quod ipse prodigus est citandus ad interdictionem sibi faciendam,cum interim sit libera persona ,& legitimus administrator honoris suorum:& tratur de suo maximo præjudicio & honore per regulam generalem text. in l.nam ita diuus.ff.de adoptio.ita Age.de Peru.in.dic.t.l.is cui bonis.2.col.nm.num.8.& dicit,quod ita fecit iudicari in ciuitate Perusij & ibi Imola fin.col.&.q.Pau.de Cast.2.col.num.6.Alex.nu.28.ripa.num.26.nec:obstat primū fundamen tū pro contraria parte:quia respondeo quod prodigus bene æquiparatur pupillo & furioso post factam interdictionem,antea verō nō & hoccasū loquuntur prædicta iura. 2. non obstat quod notorium & sententia æquiparātur:quia illud est verum & procedit quātum ad liquidationem facti non tamen.quo ad iuris effectum.ita Bald.in.l.is cui lege de testa. Iaso.in.l.is cui bonis infra eo.5.col.;nō obstat text.in.dic.t.l.si quis cum sciret.ff.pro.emptore quia loquitur quando quis scienter contrahit cum aliquo quem scit statim consumptum. in certum malum vsum determinatum, vt si lusori existenti in Ludo mutuavit pecuniam,vel adolescenti causa libidinis,vt daret meretrici: quia tunc nō potest repeterere: quia videtur sua culpa perdere,& alium ad malos mores inducere:& ad hoc illum tex.notat & commendat ibi Bar.& commu.doct.antiqui & reputat singu.& vnicum Ioa.de Imo. facit etiam text.in.l.si vero non remunerandi. §. si adolescens.ff.mandati & ibi notat & cōmendat docto.& idem disponit.l.25.tit.12.5.parti. Item quero si alicui sit datus curator & interdicta administratio tanquam prodigo, cum non sit am valeat talis datio& interdictio, & breuiter dico, quod sic, donec per iudicem

declaretur & reuocetur:quia semper præsumitur pro sententia & decreto,vt in.l.harenius §.Gaia.ss. de euictio.& ita tenet gl.or.in.dic. l.is cui bonis,& ibi Bar.Pau.Cuma.& alij docto.glo.in.1.Labco.ss.de vsuca.& ibi etiā doc.glo.in.5.item prodigus. Insti. qui. nō est perfa.testa.& ibi commu.docto.Abbas.& canoniſtae in.c.i.de re iudi.& istam dicit magis cōmu.opi.Iaso in d.l.is cui bonis.7.col.nū.14.

32 Item etiam quero an prodigus cui bonis interdictum est obligetur iuramento & vide tur:q sic.Secundò q minor.25. annos licet habeat curatore,& sit ei interdicta rerū immobilium alienatio,vt in.l.i.& per totum.C. de prædi.mino. obligatur iuramento,vt in auten. sacramenta puberum.C.si.aduersus vendi. Secundò quia res dotalis licet sit interdicta eius alienatio per legem vt.in.l.i. & per to. ff. de fundo dotali:tamen cum iuramento valet & tenet eius alienatio vt in.c. cum contingat de iureiu.cum simi.ergo prodigus obligetur iuramento,& istam sen.& con. tenet Anton. in.dic.t.c. cum contingat. 4. colū.& ibi latē Imola.65.col.num.68.Roma.in.d.l.is cui bonis.6.col.num.22.& ibi Aret.5.col.num.5.Sed his non obstantibus contrarium est tenendum imo quod non obligetur iuramento. Primò quia iuramentum debet cōtinere tres comites & requisita,iustitiā,veritatem,& iudicium:quæ non cadunt in prodigū. Secundò quia postquam ei est interdicta administratio æquiparatur infantifurioso,vt iuribus supra allegatis qui non obligantur iuramento,& in expresso istam senten. &cōclu. tenet Iaco.de Areti.in.l qui habet.§.pupillus.ss.de tute.& ibi Bart.Bald.& alij docto.idem Bart. in.d.l.is cui bonis infra isto tit.fi.col. &.q.& ibi Bald.in fine Ange.i.col.Pau.i.col.num.4. Alexan.4.col.num.24.Iaso.9.col.num.4. Ri pa penul.col.num.57.Bald.in.l.i.C.desacros. eccl.e.i.lec.t.4.col.idem Bald.in.l.2. ff. de iure.iurando quinta columnā versiculo quidem alij.Idem Baldus in lege secunda.C.de rescindenda venditione sexta columnā.10. q. Abbas in capitulo cum contingat de iureiurando.ii.columna numero.16.& ibi Ancara.fin. columnā & alij doctores.Fabianus de monte vbi reputat singulare in tractatu empt.& venditione.22.q.

33 Item quero an propter animi vitium personæ & malos mores possit fieri interdictio honoris,& breuiter & resolutiū dico, quod sic:vnde si aliqua mulier viuat luxuriosè,& in honeste potest per iudicē ei fieri interdictio bono

bonorum: quia maior defectus & vicium est in persona, quam in bonis: itē quia cum male & iniquè consumat personam: & ea male vtratur à fortiori consumet bona. text. est capitalis & expressus in l. & mulieri. ff. de cura. furio. cuius verba sunt & mulieri quæ luxuriosè viuit, bonis interdici potest & ad hoc notat & commendat ibi glo. or. & commun. doct. antiqui: & illum tex. ad hoc reputat sin gu. Bald. in. c. cum decorem de vita & honest. cle. 2. col. vbi ex hoc dat consilium cōsanguineis talis mulieris: vt petat à iudice sibifieri in terdictione, & sic non poterit testari, & succedent ab intestato. idē tenet Iaso quē omnino vide in l. 4. §. sed quod meretrici. i. colū. ff. de condi. obtur. cau. verum tamē est q̄ ille text. potest intelligi in mulierē prodigaliter viuen te quo ad bona quia idem est quod viuere & luxuria apud latinos accipitur pro dissipatio ne bonorum ita ibi glo. or. in. 2. lec. & probat text. in. l. ex damni infecti stipulatione. ff. de damno infecto & ibi glos. ord. & docto text. in. l. nō debet. ff. de dolo. & istum intellectum ad illam legem tenet Areti. in dict. l. is cui bonis. fi. colum. & apud latinos ita tenet Calepi nus in verbo luxuria, vbi plures authores allegat: sed licet iste intellectus possit esse in se verus: tamen superior est etiam verus, & tendens & communiter approbatus, & confirmari potest, quia cūm iura communia exp̄resse dixerint, quod prodigo interdicatur bonis & masculinum concipiāt foemeninum nulla erit necessitas particulariter idē disponere in fœmina. Dub. tamen est no. si dispo sitio illius. l. habeat locum in masculo vt si lu xuriosè & inhonestè viuat, fiat sibi interdictio bonorum, & videtur quod sic: quia in eo militat eadem ratio. Secundò quia ille text. in di. l. & mulieri, est in practica: & sensus eius est quod nedum masculo luxuriosè viuēti in interdicatur bonis: sed etiam mulieri.

Tertiò facit tex in. l. fi. §. minores. C. de sentē. passis, & istam senten. & conclu. tenet Bald. in. l. si ea lege. fi. column. C. de condi. ob cau. Ripa. in dict. l. is cui bonis. 6. colum. nume. 15. doctor. de Segura in re. l. imperator. ff. ad Tre bel. pe. colum. fed his non obstantibus cōtraria sent. & conclu. est verior & tenenda Imò quod masculo luxuriosè viuenti non fiat interdictio. Primò quia genus foemeninū nun-

quām comprehendit masculinum in odiosis neque infavorabilibus text. est in. l. si ita sit scriptum. ff. delega. 2. tex. in. §. fi. qui tuto. dari po. cum simi. Secundò quia magis ardet in fœmina stimulus carnis, & masculus est constantior & sagacior: ideo in ea est maior ratio interdictionis, & in expresso ita tenet specu. in tit. de actore. §. i. versic. sed vtrum masculo. & ibi Ioa. An. in add. Albe & Cuma. in dict. l. & mulieri. Roma in. l. is cui bonis infra isto. ti tnl. penul. col. num. 25. Abbas in. C. pastoralis pe iudi. 2. colum. Pala. Rub. in sua repe. fo. 95. 3. colum. neque obstat implicatiua tex. in. di. l. & mulieri: quia non implicat masculum, sed alios casus interdictionis quibus addit istum neque obstat etiam tex. in dict. l. penul. §. minores. C. de senten. pa. quia loquitur in aliena administratione, scilicet, filij, quē debet au ferri. item adde prædictis, quod si quis sit lufor, & expendat & cōsumat substantia suam in Ludo, fit sibi interdictio bonorum, argumen to prædictorum iurium, ita Bald. in. c. cum decorem de vita & honesta. clericorum 2. colum. cum quo transiunt ibi docto. quod certe est singulare in practica & idem est inguloso & ebrio, ita Ripa. in dic. l. is cui bonis. Quintò prohibetur contrahere tutor, & eura tor cum pupillo vel adulto, quorum perso nas & bona administrat: nisi palā & bona fi de tex. in. l. cū ipse. C. de contra. emp. & ibi. g. or. & commu. docto. vbi vide de materia, & vi de. l. 14. ti. 19. libr. 8. ordi. & l. i. tit. 5. lib. 5. & l. 4. tit. 5. 5. partit.

Sextò prohibetur iudex. in suo territorio cō trahere cum subditis de quo articulo vide text. glo. & commu. docto. in. l. i. C. de contra etibus iudicium.

Septimò prohibetur aduocatus lite durante, ita probat tex. in. l. quisquis. C. de postulan do, & ibi communiter docto. quos omnino vide.

Octauò prohibetur medicus cōtrahere cum infirmo, infirmitate durante: ita probat text. in. l. medicus. ff. de variis & extraordi. crimi. per quem tenet Albe. ibi. De cuius tamē veri te vide ibi alios doctores.

Nonò & finaliter prohibetur hodie in nostro regno contrahere mulier cōiugata sine licen tia mariti. de quo art. magistraliter dixi in le gibus tauri.

# De seruitutibus.

## De seruitutibus.

### Summarium.



- 1 *Vae sit seruitus mere personalis.*
- 2 *Vsusfructus causalis, qualis sit.*
- 3 *Vsusfructus formalis qualis sit.*
- 4 *Vsusfructus an possit dari pluribus.*
- 5 *Sites testator Re*l*iquit v*n*ifundum, & alteri v*s*umfructum eius. An primus cui legatum fuit fundus, habeat aliquid in v*s*usfructu.*
- 6 *Vsusfructarius an teneatur facere omnia, quae concernunt utilitatem rei.*
- 7 *Si vsusfructus sit concessus in pecoribus, & animalibus an partus eorum pertineat ad fructuarium.*
- 8 *An fructarius teneatur soluere debita proprietarii antea contracta.*
- 9 *An proprietarius possit vendere proprietatem sine voluntate vsusfructuary.*
- 10 *An filius possit vendere proprietate in qua pater habet v*s*umfructum cum iuramento.*
- 11 *Si filius fa*c*ecit contractum, ex quo efficitur sit obligatus & habeat bona aduentitia, in quibus sibi perinet sola proprietas & vsusfructus pertinet patri executio an possit fieri per iudicem in proprietate.*
- 12 *Si filius fa*c*ecit aliquod delictum propter quod bona veniant confiscanda, An confiscetur proprietas bonorum aduentiorum, in quibus habet pater v*s*umfructum.*
- 13 *Si filius committat delictum, per quod bona veniant confiscanda, an confiscetur peculium Castrense.*
- 14 *An peculium profectum confiscetur quando filius committit delictum, per quod bona confiscantur.*
- 15 *An vsusfructarius possit vendere vel donare v*s*umfructum quem habet.*
- 16 *Si vsusfructarius committat delictum quo veniunt bona confiscanda. An vsusfructus*

- 17 *Quibus modis v*s*usfructus amittatur.*
- 18 *Si partes expresse agant, quod talis v*s*usfructus transeat ad heredes an transeat perpetuo ad omnes.*
- 19 *An v*s*usfructus consolidatus cum proprietate dicatur venire ex causa lucrativa etiam si originalis titulus proprietas fuit onerosus.*
- 20 *Qualis sit promissio & obligatio personalis ad seruitutem constituendam & in quo differat ab ipsa seruitute.*
- 21 *Quae sit ratio, propter quam in contractu & promissione hypothec*e*, ipso iure transit ius in re ex solo titulo.*
- 22 *Actio vel obligatio personalis causata respectu rei an transeant ad particularē successorem.*
- 23 *Qualiter in seruitutibus realibus fiat ereditatio.*
- 24 *Qualiter seruitus personalis prescribatur.*
- 25 *Seruitus mixta qualiter prescribatur.*
- 26 *Seruitus mere realis cotinua, vel quasi quibus annis prescribatur.*
- 27 *Seruitus meritis continua. An prescribatur tempore ordinario.*
- 28 *An in iuribus incorporalibus requiratur acquisitio possessionis in ipso fundo seruite.*

### Cap. 15.



Ed quia supraius est de contractibus super rebus corporalibus mobilibus, & imobilibus nūc restat videre de p*re*dictione contractibus sup*er* seruitutibus, & rebus in corporalibus, p*ro*cuius p*ro*fecta declaratio dico, quod tres sunt species principales seruitutum: nam alia est seruitus mere personalis: alia est seruitus mixta alia est seruitus mere realis. Seruitus personalis est illa, que debetur à persona persone, vt ius quod habetur dominus in seruo proprio, vt in l*l*. & perto. ff. de statu homi. & in l*l*. & p*ro*to. ff. de his qui sunt sui vel alie. iu. & in q*u*i*u*. & p*er* to. insti. de iure perso. & tenet glo. or. in l*l*. ff. de serui. cū qua transiunt ibi docto. Sed aduertendum, quod ista nō est propriè seruitus cum dominus habeat in seruo plenū & perfectum dominium, & in

& in re propria non cadat seruitus, vt in. l. in re communi. ff. de serui. Vrba. præ. & in. l. vti frui. ff. si vsusfructus petatur & in. l. cū infundo. ff. de iure doti: & licet dominus vtatur seruo suo tamē illud ius vtēdi nō est seruitus formalis, sed potius causalis: quia depēdet à sua causa, hoc est à dño, sicut dicimus in vsusfructu quē habet & percipit dominus in suo proprio fundo vel prædio: ita tenet & declarat Bar. in. l. ff. de seruitutibus & ibi com. do. tenet etiam & declarat faber in. §. æquē si agat insti. de actio. & ibi alij docto. præcipue Iaso. i. col. posset tamē proprie verificari & dici seruitus merē personalis, quando dominus aliquius serui per contractū, vel vltimam voluntatem cōcesserit alteri aliquas operas, vel ministeriū. in eo: quia tunc debetur à persona personæ secundū Fab. in. d. §. æquē si agat quē ibi sequitur Iaso. i. col. seruitus mixta est illa que debetur à re personæ vt vsusfructus, vsus habitatio: & talis vsusfructus dicitur duplex legalis & conventionalis. legalis est ille qui provenit ex legis dispositione, vt ille quē habet coniux transiens ad secunda vota, in bonis primi matrimonij. de quo magistraliter dixi in. l. 14. in. legibus Tauri vbi vide. & ille quē habet pater in bonis filij, de quo fundamentaliter dixi. in. l. 48. in. ll. Tauri. vbi omnino vide quia est vtilis & quotidiana materia. conventionalis verò vsusfructus est quando prouenit ex hominis dispositione per contractum, vel vltimam voluntatem. cuius materia est valde subtilis & argumentabilis sicut aliamateria, quæ sit in nostro iure ciuilis secundum Alb. in rub. ff. de vsusfructu post Richard. malum. quem ipse refert quod vtiliter, & perfectè volo attingere. pro cuius declaratione dico, quod quidam est vsusfructus causalis, quidā est vsusfructus formalis. causalis est ille, quem habet quilibet dominus in sua propria re, & est concretus cum ipsa proprietate, & nō distinctus nec separatus ab ea qui non dicitur seruitus: quia in re propria non potest cadere: immo propriè vocatur quedam vtilitas quæ prouenit & causatur ab ipsa re, & dominio eius ita probat text. in. l. vti frui. ff. si vsusfructus petatur, cuius verba sunt, vti frui ius sibi esse is solus potest intendere, qui habet vsumfructū: dominus autem fundi non potest. quia qui habet proprietatem ius separatum non habet, nec enim potest ei usus fundus seruire: & ibi notat & cōmendat gl. or. Odofre. Bar. Albe. Bal. & com. do. & per illū tex. ita tenet & declarat Odofre. in

l. i. ff. de vsusfructu. i. colum. num. 3. & ibi Bald. i. colum. num. 2. Ange. i. col. nu. 1. Azo: in summa. C. co. tit. i. col. num. i. Hosti. in. c. fi. de pigno. probat etiam tex. in. l. si cum testam. §. si fundum meum. ff. de excep. rei iu. & ibi. glo. ord. & commu. docto. tex. in. l. si vnu. §. item si pactus sum. ff. de paclis & ibi etiam docto. tex. in. l. vsusfructu. ff. solu. matri. & ibi notat Albe. Ang. & commu. alij doct. tex. in. l. si ita stipulatus fuero. §. i. infra isto tit. & ibi glo. ordi. & alij. doctores præcipue Iaso. 3. colum. in. si. & de isto vsusfructu. non loquitur materia nostra.

Quiddā est vsusfructus formalis, qui est distinctus & separatus à sua proprietate, & dicitur seruitus personalis vel mixta: & de isto vsusfructu loquitur materia nostra, & definitur sic: vsusfructus formalis est ius alienis rebus vtendi & fruendi, salua rerum substantia. textus est qui istam definitionem ponit in. l. prima. ff. de vsusfructu, & ibi glossa ordina. Odo frē. Bart. Albe. Bal. & cōmu. doct. & talis vsusfructus potest constitui in rebus immobilibus, vel mobilibus quæ vsu non consumuntur, & hoc casu tenetur vsusfructuarius præsta resatisfactionem cum fideiſſoribus de vtenido & fruendo salua rerum substantia arbitrio boni viri, & re restituenda finito vsusfructu. textus est in. l. si cuius cum. l. sequenti. ff. de vsusfructu. tex. in. l. i. & per totū. ff. vsusfructuarius quēad. caue. text. in. l. vxoris la prima. ff. de. vsusfruct. lega. text. in. l. i. & in. l. 4. C. de vsusfruct. tex. in. §. i. & in. §. constituitur instit. de vsusfructu. tex. in. c. fi. de pigno. & idem disponit. l. 21. tit. 3. 3. par. ex quo infertur, quod in animalibus potest cōſtitui vsusfructus, & agni, vituli, lac, pillus, & lana, & similes factus pertinebunt ad fructuariū: non tamē partus alicuius ancillæ: quia cum hominum gratia fructus, & omnes resterē sint productæ, nō debet conteneri in fructibus text. est in. l. in pecudum. ff. de vsusfructu text. in. l. plerūque ff. de iuredoti. tex. in. §. in. pecudum. insti. de rerum diui. & idem disponit. l. 24. titulo. 3. 3. part. item etiam constituitur in rebus mobilibus, quæ vsu consumuntur vt vino, oleo, frumento, pecunia, vel, aliis similibus rebus: quia licet in eis non cadat proprie vsusfructus, cū necessario quotidie debeat consumi, & alienari proptetas, aliās non posset eis vti fructuarius, tamen tempore vsusfructus cōſtituti fit aestimatio rerū, & præstatur cautio de restituendo finito vsusfructu, quātatem, in qua fuit aestimata, text. est in. l. i. &

## Tomi.II. Cap. X V.

per totum. ff. de vſufructu earum rerum quæ vſu consumūtūr. tex. in. §. conslituitur insti. de vſufructu. & adde quod prædic. satisfatio potest remitti, quando vſusfructus constitui tur per contractum inter viuos, secus verò si constitua tur in vltima voluntate: ita probat tex. in. l. i. C. de vſufruct. & ibi. Bald. & alij do- cto. Itē adde q̄ sit talis vſusfructarius sit ita pauper, vel forensis q̄ nō poscit prestare præ dictam satisfactionem cū fideiſſoribus sufficiet iuratoria cautio, niſi sit persona ſuſpecta: quia tunc ſecreſtabitur res penes aliquem ter tium, vt inde percipiat fructus & estimatio ſit falua proprietario argumento text. in. l. i. §. ſu per. C. de aſſertione tollenda & in. l. ſi fideiſſor. §. fi. ff. qui ſati. cogan. & in auten. genera liter. C. de epif. & cle. & per iſta iura iſtam ſen ten. & conclu. tenet Ricar. Malum. Petrus Ci nus. Ange. & magis communiter doctores. in. l. 4. C. de vſufructu. licet. glos. or. Odofre. Bal. Pau. & aliqui alij do. ibi teneant contrarium.

4. Itē talis vſusfructus potest dari, vel legari vni, vel pluribus, & omnes in eo concurrent æqualiter, vel p̄ partibus ſibi aliſignatis. text. eſt in. l. ſi vſusfructus legatus. §. fi. ff. de vſufructu. text. in. l. duos. ff. de vſufruct. lega. tex. in. l. fi. ff. vt iſti poſſidetis. tex. in. l. i. & per totum. ff. de vſufructu. accrescendo. conſirmatur, quia vſusfructus eſt merē diuiduſ, & potest com petere pro parte. text. eſt in. l. i. §. fi. vſufruct. ff. ad. l. fal. tex. in. l. i. §. i. ff. de vſufructu. & iſti diuident inter ſe vſumfructū regionibus, vel locetur alicui tertio & diuidatur pecunia. tex. eſt in. l. communi diuidendo. §. cum de vſufructu. ff. commu. diui. vel. poterit alteri ſocio lo cari & pars precij dabitur alteri ſocio vnum tamen eſt q̄ ſi pluribus legetur vſusfructus alternis annis primo nominatus preferetur & debet vt im primo tempore. tex. eſt in. l. quo tius. ff. de vſufructu. & ibi glo. or. & com. do.

5. Item adde q̄ ſi testator viii relinquit ſim pliſciter fundum: alij verò vſumfructum eius q̄ primus habebit integrum proprietate & insuper dimidiā partem vſusfructus: & alter alia dimidiā: & ſievt erq; cōcurret æqua liter in vſufructu. tex. eſt notabilis & ſubtilis in. l. ſi alij. ff. de vſufructu. legato, & notat & commendat Bar. Alb. & communiter docto res antiqui tex. in. l. Sempronio eo. tit. & ibi glo. ord. Bar. & cōmuniter doctores text. in. l. idem Neratius. §. non ſolū. ff. de vſufructu. accrescendo. tex. in. l. ſi proprietas eo. ti. vnde ſi alia eſt intentio testatoris, oportet eā decla

rare. cuius ratio eſt, quia fundus conſiſtit in proprietate & vſufructu ſimul. vt probat tex. in. l: qui vſumfructum infra iſto tit. & ibi no nat. Bar. & communiter doctores. text. in. l. ſi ita ſtipulatus fuerit. §. titius eodem. tit. tex. in. l. ſi citatio. ff. de vſufruct. lega. tex. in. l. ſe mi minæ. §. illud. C. de ſecun. nupt. text. in. l. ma ter. C. ad Tertu. Ergo legando vni fundum. videtur pleno iure tibi legare proprietatem, & vſumfructū & poſtea legando alteri vſum fructum, videtur ei legare rem, quam primo legauit. Ergo merito tanquam re coniuncti concurrunt & pariter admittuntur, argumen to tex. cum materia in. l. re coniuncti. ff. deleg. 3. Sed certè illa decisio videtur dubia, & diſſi cilis & carere ratione: quia verum eſt, q̄ legan do ſimpliciter rem, videtur quis legare pleno iure cum proprietate & vſufructu ſed quando vni legat proprietatem, & alteri vſumfructum, iam videtur diuidere vnum ab alio, & generi per ſpeciem derogatur, vt in. l. vxorem q. codicillis delegat, 3. & in. l. cum quæſtio. C. delegatis, & in regula generi per ſpeciem, de regu. iu. in. 6. ſed luſtinendo prædicta iura re ſpondeo, q̄ illud eſt verum & procedit, quan do vni legatur aliquid vniuersaliter, vel inge nere vt ſeruos, equos, & ſimilia. Et poſtea legat alteri aliquem eorum in ſpecie: quia tūc illud legatum in ſpecie derogat primo legato generali, & idem eſt quando vni legatur ali qua re integralis, & alterilegatur patris quo titatiua, vt li. testator legat titio ſimpliciter rem, & Seio legat tertiam, vel quartam par tem eius: quia tunc illa ſpecies derogat gene ri: ſecus tamen eſt quando vni legat ſimpliciter aliquam rem integralem, vt fundum alij verò partem eius ſuſtiale, vt vſumfructum: quia tunc illa ſpecies nō derogat generi: ſed in ea pariter concurrunt, vt in noſtro caſu, & ita debent intelligi prædicta iura & ita tenet & declarat Bart. in dicta. l. ſi alij. ff. de vſufructu legato. idem Bar. in. l. re coniuncti. ff. dele ga. 3. 3. col. num. 10. & ibi Iaso. 18. col. num. 54. Ripa. 10. num. 38. Pau. de Caſt. qui notabiliter loquitur in. l. cum quæſtio. C. delegatis. fi. colum. & ibi alij docto. Quod tamen intellige quādo vtrumque legatum eſſet particula re: ſecus verò ſi aliquod eorum eſſet generale. vel vniuersale, vt ſi testator inſtituat vnu in omnibus bonis, & alteri relinquit vſumfructum vniuſ rei: quia primus in ſolidū omnia bona & in alia re habebit ſolam proprietatem, & alter vſumfructum. & idem ē cōuerſo ſi testator

si testator relinquit vni vsumfructū omnīū bonorum, & alteri rem particularē: quia pri-  
mus non habebit partem vsumfructus in illa  
re particulari: sed pleno iure pertinebit ad se-  
cundum ita singulariter determinat Bal. per  
bonam rationē. in l. quotiens. C. fami. hers. 2.  
col. si. q. & ibi Sali. 2. colū. num. 18. vbi dicit, q.  
ita fuit determinatum Ferrariae in contingen-  
tia facti. Iaso vbi valde commendat in. l. cum  
quæstio. C. delega. 1. colū. Ange de Aret. in. §.  
2. insl. de vsufruct. 2. colu. proqua senten. &  
conclu. facit tex. in. §. 1. insl. de vsufructu. vbi  
habetur, quod si testator instituat aliquem  
heredem vniuersaliter. & alteri leget vsumfru-  
ctū alicuius rei, hæres habebit proprieta-  
tem illius rei: legatarius integrum vsumfru-  
ctū, & istam opinionem ego teneo, & se-  
quor & ab ea non recederē in iudicando &  
consulendo, licet contrarium videatur velle  
Barto. in. l. sempronio. ff. de vsufructu lega.  
idem Barto. in. l. quæstum. §. fi. ff. de fundo.  
instruct. penul. colū. infine. Iaso. sibi contra-  
rius in dicta. l. re coniuncti. ff. delega. 3. 18. col.  
num. 56. & ibi Ripa. 11. col. num. 36. Ioa. cor. ri-  
pe. illius. 1. 8. col. num. 26. Ange. de gabellionis-  
bus in tract. de testamentis. 20. fo. 2. col. num.  
7. Pau. de monte pico. in repe. l. titia cum te-  
stamento. §. titia cūm nuberet. ff. delega. 2. 15.  
col. num. 6. & dicit, quod magis comm. opi-  
videtur esse. cum Barto. & latius. 46. colum.  
num. 68. 22. q. prima. vbi latè disputat & tan-  
dem non firmat sed reliquit agitandam. Ex  
quo deducitur & infertur quod si testator re-  
linquit vni cūnia bona vniuersaliter. vel ge-  
neraliter tit. institutionis, vel quo quis alio tit.  
& alteri relinquit vsumfructū, quod vterq;  
habet medietatem vsumfructus, & concur-  
ret in eo & idem è conuerso si testator vni re-  
linquit vsumfructū omnium bonorum al-  
teri verò relinquit omnia bona: quia vterq;  
concurret in vsumfructu. per rationem Barrol.  
& commu. in. dict. l. si alij & in expresso ita te-  
net Barto. & iste est verus sensus, licet ad ali-  
quo non allegetur in. dict. l. sempronio. ff. de  
vsufructu. lega Bald. in. l. fi. C. de indict. vidui.  
tollen. penul. colum. versi. caueti. Alexand.  
in consili. suis consilio. 56. 3. vo.

6 Item adde qd si vsumfructarius censetur es-  
se quidam procurator in re & potest immo te-  
netur facere omnia illa que concernunt cu-  
ram & utilitatem eius, alias sibi imputandum  
est, textus est singula. & vnicus in iure in. l.  
1. §. fin. cum. l. sequenti. ff. vsumfructarius  
quemadmodum caueat, cuius verba sunt,

interdum autem inerit proprietatis æssima-  
tio si forte omnem fructuarium cum possit  
vsumfructum interpellare, neglexit, omnem  
enim rei curam suscepit: nam fructuarium cu-  
stodiā præstare debet & ad hoc notat & com-  
mendat ibi Bartolus, Albericus, & communi-  
niter doctores, & illum text. ad hoc notat &  
commendat Bartolus in. l. prima. §. fi. de ope-  
nuntia. prima column. nume. 1. & ibi com-  
muniter doctores, principiè Iaso. prima co-  
lumnā numero tertio. idem Bartolus, in. l.  
cum ad quem. C. de vsumfructu & ibi Baldus,  
Paulus de Castro, & communiter doctores,  
Baldus in. l. secunda. C. vbi in rem actio. se-  
cunda column. & ibi alij doctores, & illum  
tex. ad hoc reputat singula. & vnicum Baldus  
in rubri. extra de procura. 3. column. nume.  
3. idem Bald. in. c. quoniā frequenter. §. quod  
si super rebus vt lite non con. fin. column.  
in medio. Ex quo. l. infertur quod talis vsum-  
fructuarium potest nomine proprietarij tan-  
quam procurator, fine alio mandato agere  
rei vindicatione, vel alia actione competenti  
contra tertium possessorem, vel detentorem  
rei, & vsumfructum, vel præscriptionem in-  
terrumpere, & omnia alia facere, quæ tendunt  
in utilitatem proprietarij: & ita probat ex-  
pressè casus in. dicta. l. prima. §. fi. cum. l. se. ff.  
vsumfructu. quem caue. Secundò infero quod talis  
vsumfructuarium nomine proprietarij & tan-  
quam procuratore eius, potest nunciare nouū  
opus factum in retext. est in. l. prima. §. fi. ff.  
de opere. nouum. cuius verba sunt, vsumfructuarium  
autem opus nouum suo nomine  
nunciare non potest: sed procuratorio no-  
mine nunciare poterit, & denique vsumfructuarium  
potest omnia alia facere, quæ tendunt  
in utilitatem ipsius rei, alias sibi im-  
putandum est, vt si culpa, vel negligentia  
omiserit, teneatur ad interesse per prædicta  
iura.

7 Item adde quod si vsumfructus sit cōcessus  
in pecoribus & animalibus, omnes factus &  
partus eorum pertinet ad fructuarium. dum  
tamen capita principalia sint semper salua, &  
sic ex agnis vitulis, & partu, gressus suppleantur;  
& capita mortua soluantur, & suppleantur;  
quod tamen intellige quando gregis, vel ar-  
menti genericè relinquitur vsumfructus: se-  
cūs verò si particulariter & specialiter relin-  
quatur vsumfructus singulorum capitum:  
quia tunc non tenetur vsumfructarius ca-  
pita quæ moriantur, & deficiant supplere,  
textus est formalis, & expressus in lege,  
quid

quid ergo versi. sed quod dicitur. ff. de vſufru-  
ctu & ibi glo. or. Bart. Albe. Odofre. Bald. &  
communiter doctores. item adde q̄ talis fructua-  
rius tenetur ad expensas & sumptus mo-  
dicos ipsius rei quæ consistant in refectio-  
nē eius: quia concernūt vtilitatem temporalem,  
& perceptionem fructuum: nō verò tenetur  
ad expensas & sumptus maximos: quia con-  
cernūt perpetuam vtilitatem rei, quæ spectat  
ad proprietarium, tex est in. l. vſufructu lega-  
to versi. fi. de vſufructu tex. in. l. haētenus ver-  
sic. i. eo. tit & ibi. gl. ord. Odofre. Alb. Bal. An.  
de Peru. & communiter doctor. tex. in. l. eum  
ad quem. C. de vſufructu & ibi etiam. glo. or.  
& communiter doctores, tenet etiam. glo. or.  
Barto. & communiter doctores in. l. hoc am-  
plius. §. fi. ff. de damn. infect. glos. etiam Bart.  
& communiter docto. in. l. si finitas. §. si quis  
damni eodem. titu. Bartc. in. l. cōtem ferro. §.  
qui maximos. ff. de publi. & vecti. pe. co. 7. q.  
prin. & ibi moderni ex quo deducitur, & in-  
fertur, q̄ licet fructarius possit agere in iudi-  
cio tanquam procurator ipsius proprietarij,  
& rem vendicare, & petere aquocunq; posse  
sore, & vel eam defendere à quocunq; petito  
retamen non tenetur de suo expēdere & sol-  
uere sumptus & expēnas litis: & si soluerit po-  
terit à p̄petrārio repete. Nec obstat tex. in  
l. i. C. de bonis mater. vbi disponitur q̄ pater  
qui habet vsum fructu in bonis filij, tenetur  
ad sumptus & expēnas litis: quia intelligitur  
in vſufru legali, qui pertinet patrivel alteriex  
ex legis dispositione: secus verò in vſufructu  
conuentionali qui pertinet alicui ex hominis  
dispositio: & secundum docto. in dictis locis.

8 Item quāro an fructarij teneatur solue-  
re debita proprietarij antea contracta? & reso  
solutiū dico quod aut vſufructus consiliui-  
tur per contractum inter viros, & non tene-  
tur fructarius, nec pōt conueniri: quia actio  
& obligatio personalis non sequitur particu-  
larem successorem rei vel rerū debitoris quæ  
dam. §. is. autem. ff. de edendo. tex. in. l. pen. C.  
de actio. & obligati. & vtrobiq; communiter  
doctores, & in expresso pro hac senten. &  
con. est. text. formalis in. l. ad huc. §. si operas.  
ff. de vſufructu & ibi glo. ord. & communiter  
docto. Sed tali casu debet conueniri proprie-  
tarus, vel eius hāres & eo non existēte soluē-  
do fiet venditio rerū tā in proprietate quām  
in vſufructu. si bona erant hypothecata credi-  
tori. Si verò non sīt hypothecata venditū tā  
tum proprietas, nisi probetur fraus. in debito  
re alienante aut verò vſufructus relinqui-

tur in ultima voluntate, bene tenetur vſufru-  
ctarius modo bona sint hypothecata: modò  
non: quia non valent nec tenēt legata nisi de  
ducto ære alieno, vt in. l. fi. §. & si prefactā. C.  
de iure deli. cum similibus, & ibi communiter  
docto. ita probat text. in. l. vſufructu bo-  
norum. ff. ad. l. fal. & ibi Bart. Pau. Alexan. &  
communiter doctores tex. in. l. fi. §. sī autem.  
C. de bonis quæ liberis & ibi notat & commē-  
dat Pau. de Cast. corneus & alij docto.

9 Item etiam quāro an proprietarius possit  
vendere proprietatem sine volūtate fructua-  
rij: & videtur quod non: quia ex hoc posset  
fieri sibi præiudicium. si fortè haberet iniquū  
& rixosum proprietarium. Item etiam ratio-  
ne maxim iuris quod habet fructarius in  
re argumento tex. in. l. fi. C. de iure emphī. &  
in. c. i. §. ex eadem lege de lege Corradi in vſi.  
feud. & in term. inis ita tenet Guiller. in. l. 2. C.  
de vſufructu. & Oldrad. in cor. ci. 24. sed his nō  
obstantibus contrarium est tenendum ino  
q̄ proprietarius possit vēdere vel alienare pro-  
prietatem sine voluntate & consensu vſufru-  
ctuarj. tex. est formalis & expressus in. l. locū  
versi. proprietarius. ff. de vſufructu text. in. l.  
fundī Trebatiani. ff. de vſufructu legato tex.  
in. l. 3. §. si hāres. ff. vſufructarius quemadmo-  
dum caueat tex. in. l. iusto. §. non mutat. ff. de  
vſuca. tex. in. l. 2. versi. i. C. de vſufructu. cuius  
verba sunt, quæ res non impedit proprietatis  
dominum obligare creditori proprietatem  
manente. s. integrō vſufructu, & subditib. g.  
ordina. obligare item & vendere &. C. & ibi  
expressè Paul. de Cast. & cōmuniter transeunt  
alij docto. idem tenet Pau. in. l. & hāredi. §. fi-  
lius familiæ. 2. col. ff. de paclis. item etiam po-  
test confiscari: item etiam in ea fieri executio  
pro quolibet debito qđ intellige preterquā  
in casib; in quibus pater habet vsum fructu:  
in bonis filij: quia tunc filius non potest ven-  
dere vel alienare proprietatem sine volūtate  
& cōsensu patris. tex. est in. l. fi. §. filius autem  
C. de bonis quæ libe. & ibi glo. or. & commu-  
niter doctor. cuius ratio potest esse duplex prima:  
quia ratione patri poteſtatis habet plenissi-  
mum ius vtendi & fruendi in bonis filij, adeo  
quod nō tenetur reddere rationes, nec bona  
patris sunt tacitè obligata filio & lex noluit  
q̄ talis filius alienet suam proprietatē, ne fiat  
aliquid præiudicium patri. 2. ratio est quia  
pater est legitimus administrator filij, vt in. l.  
i. C. de bo. ma. & sicut minor non potest alienare  
sine cōsensu curatoris: ita nec filius sine  
licentia patris. Et in tantum hoc est verum ut  
talis

talis filius non possit alienare suam proprietatem sine consensu patris, etiam cum iuramento quia cum alienatio prohibetur fauore patris, non debet firmari iuramento argumentum. text.in capit. veniens de iure iurando. text.in cap. quanuis pactum de pactis in sexto text. in auten. quod obtinet. C.de proba. & in expresso: ita tenet Bald. in dict. §. filii autem, & ibi Ange. Pau. de Cast. & Corneus. Idem etiā tenet Pau. qui bene loquitur in l. & hæredi. §. familias. ff. de pactis. Sed in hoc articulo repe- rio quod imola in capit. cum contingat de iure iurando num. 43. ponit concordiam dicen- do, quod non valeat, nec teneat in vita patris: sed bene valeat, & teneat post mortem eius, vel postquam amittat usum fructum: quia ce- fiant prædictæ rationes: sed licet ista concor- dia videatur colorata: tamen in puncto iuris superior opinio videtur verior & tenenda: q[uia] cùm semper, & omni tempore ipse cōtractus annulletur propter resistentiam legis: quia tē dit in præiudicium patris non debet esse impendi nec postea conualescere post mor- tem patris argumento text. in l. quod ab ani- tio. ff. de regu. iuris libro sexto, & ex prædi- stis utiliter & necessario quaro si filius fami- lias fecit aliquem contractū, vel quasi, ex quo efficaciter sit obligatus, & habeat bona adue- titia. in quibus sibi pertinet sola proprietas, & usus fructus pertinet patri: an executio pos- sit fieri per iudicem in prædicta proprietate? constat enim quod filius familias existens in potestate patris, potest se efficaciter obligari ex contractu, vel quasi. text. est in l. filius familias la secunda. ff. de aetio. & obligation. & ibi glo. or Bar. Albe. Ange. & commun. doct. text. in l. tam ex contractibus. ff. de iudi. & ibi Pau. & commun. docto. tex. in l. qui Rome. §. Argerius infra isto titu. tex. in l. fi. §. pupillus eodem tit. tex. in l. prætor ait. §. sed & filius familias. ff. de cedendo text. in l. si quis cum filio ff. de peculio. textus per argument. abspeciali in l. l. & per totum. ff. ad Macedonianum tex. in l. prima & per totum. C. eodem tit. vbi habetur q[uia] speciale est mutuo quod filius effi- caciter non obligat imo potest opponere excep. Macedoniani contra creditorem propter frequentiam usus contractus ne infidetur vi- te patris pro eius solutione ergo ex aliis cōtra- cibis bene & efficaciter obligatur verū tñ est q[uia] dicebat Abb. Panor. in c. quia pleriq[ue] de in mu. eccl. io. col. q[uia] hodie inter Christianos no- stræ sacræ fidei & religionis nō habet locum ista exceptio Macedoniani: sed efficaciter si-

lius teneat soluere mutuū sicut debitū ex quo libet alio contractu: quia non p[ro]sumitur q[uia] infidetur vita patris: & sic cessat ratio funda- mētalis iuris cōmunis: sed salua eius pace ego teneo cōtrariū, imo q[uia] etiā hodie habeat locū prædicta exceptio. quia licet non sit verisimile, q[uia] filius infidetur vita patris: tñ p[otest] contin- gere: sicut quotidie videamus plura peccata nefanda committi. Item quia prædicta leges cōmunes hoc inducentes non reperiuntur correcta, imo etiam hodie approbantur per legem nostram regni. l. 4. tit. 1. 5. part. quæstio ergo nostra extat in hoc cū filius fa. efficaciter obligetur ex quo cunq[ue] contractu p[re]ter mu- tuum qualiter & de quibus bonis fiet solutio & executio: in quo articulo resolutiū dico q[uia] si talis filius habet bona castrenia, vel quali de illis potest & tenet soluere, & in eis p[otest] fieri executio: quia respectu eorum reputatur pater familias. tex. est in l. l. §. fi. iūcta la. 2. ff. ad Mace. & ibi gl. or. Bar. & com. doct. tex. in l. l. §. nec castrense. ff. de colla. bono. tex. in l. fi. C. de inoffi. testa. tex. in l. cum oportet versi. ex- ceptis. C. de bonis quæ libe. & idē est si habet bona aduentitia quorum usus fructus nō que- ritur patri: quia sunt propria ipsius filii & ple- no iure sibi pertinent, & in eis reputatur sui iuris. tex. est formalis & expressus in l. fi. §. fi- liis autē. C. de bonis quæ liberis tex. in autent. excipitur eodem titu. & vtrobiqu[ue] commun. de eto. si verò habet bona profectitia de eis nō potest soluere, nec in eis fieri executio cū ple- no iure sint patris cui non potest per filium fieri præiudicium tex. est in l. cum oportet. C. de bonis q[uia] libe. & ibi cō. doc. si verò habet bo- na aduentitia quorum usus fructus pertinet patri proprietas autē. filio tunc videtur quod possit fieri solutio & executio in proprietate ar. oīum prædictorū iuriū, sed contrariū est te- nendū: imo q[uia] etiā in sola p[ri]prietate nō possit fieri solutio, nec executio, primo ipse tex. ex- pressum in l. fi. §. filii autē. C. de bonis quæ libe. vbi disponitur, q[uia] nullo modo possit filius p[ri]prietate suā alienare per cōtractū, vel ultimā voluntatē sine cōsensu & voluntate patris Er- go similiter nō possit per viā executionis: q[uia] illa est perfecta alienatio. Secūdo quia p[ro]hibi- ta alienatione cēsetur p[ro]hibit[us] oīis actus per quæ pertinet ad eū ar. text. in l. oratio. ff. de spon. tex. in l. q[uia] dictū ff. de paet. tex. in l. cum lex. ff. de fideiu. tex. in l. fi. C. de rebus alie. nō alienā. tex. in l. fi. §. sed q[uia]. C. cō. dele. tex. in l. versi. fi. C. de fundo dotali. & in terminis: ita te- net Albe. ibi in l. & si cōdēnatus. ff. denoxa. &

## Tomi. II. Cap. X IIII.

idē videtur tenere Bart. in. l. si finita. §. fi. de  
 vestigalibus. ff. de dāno infecto. fin. col. versi. vel  
 melius. Si verò filius nulla bona habet bene  
 poterit pro debito incarcерari sicut si esset sui  
 iuris tex. est formalis, & expressus in. l. pe. C.  
 qui bonis cedere possunt & ibi ad hoc notat,  
 & cōmendat Bal. Pau. & cō. doct. notat etiā &  
 cōmendat Bart. in. l. 3. §. sed vtrū. ff. de mino. 1.  
 col. nu. 2. & ibi com. alii doct. idē Bar. Paul. &  
 doct. in. l. si dubitetur. §. filiusfa. ff. de fidei. Pa.  
 & alii doc. in. l. si filio la. 1. ff. d̄ solut. matri. An.  
 de Are. in. §. actions autē. de peculio Instit. de  
 acto. 2. col. nu. 2. & ibi cō. moder. Nouū tamē,  
& si ngulare dubiū est si isto casu atento nō  
iure regio talis filius teneatur seruire credito-  
ri vel patri, & breuiter teneo q̄ patrī ratione  
juris sui & vsufructus, quē habet in persona  
filii & operibus eius, ar. tex. in. l. cu oportet. C  
de bonis quālibe. tex. in. l. fi. cō. oībus. §§. suis  
eo. tit. tex. in. l. 1. C. de bonis mater. tex. in. l. fi.  
C. ad tertu. cū simi. & in terminis ita tenet, &  
declarat Bar. in. l. frater à fratre. ff. de cōdi. in. d̄.  
pe. co. nu. 54. vb. iformaliter dicit q̄ illa quā si  
filius quarit vel pōt quārere ex laboribus, &  
operibus suis reputātur bona aduentitia ipsi  
patri debita: tenet etiā Pau. de Cas. in autē. vn  
de si parēs. C. de inof. testa. fi. col. Bal. & cō. do.  
post gl. ibi in. l. si donatiōe. C. de colla. ergo cū  
patri debeatū cōmodū & vtilitas laborū, &  
operarū filii, tanq̄ fructuario, ipse præferatur  
& per cōsequēs filius teneatur ei seruire & nō  
aliis creditoribus, ar. l. 5. tit. 12. libr. 5. ordi. cū si  
milibus. Item etiā quārē si filiusfa. fecit aliqd̄  
delictum, propter quod bona veniūt cōfiscā-  
da, an cōfiscetur illa proprietas bonorū aduē-  
titorū in quibus pater habet vsumfructū, &  
videtur q̄ sic. Primo q̄a quādo quis cōmittit  
delictū confiscurt proprietas sola quā habet  
in re. imō generaliter dico q̄ cōfiscatur ius q̄  
habet in re. tex. est formalis, & expressus in. l.  
si postulauerit. §. iubet. ff. de adulte. cuius ver-  
br sunt, Iubet lex eos homines de quib⁹ quā  
stio ita habita est publicos esse proinde in cō  
muni parte publicamus in proprio, cuius v-  
suffructus alien⁹ est nudā proprietatē: in quo  
tantū vsumfructū habuerit reus magis est vt  
præceptio vsufructus ad publicū incipiat p-  
tinere, & ibi notat Bar. Albe. Ange. & cō. do.  
Secūdo quia minor vel ille qui prohibetur bo-  
na alienare pōt ea alienare per delictū: quia est  
alienatio necessaria ex legis dispositiōe: ita p-  
battex. in. l. clarū. C. de auto. præf. text. in. l. si  
ex causa. §. nunc videndum. ff. de mino. tex. in  
l. auxilium. §. in delictis eodem titu. text. in. l.

1. & 2. C. si aduersus delictum. tex. iuncta gloss.  
 ordinaria in glos. magna. in tertia quēstione  
 principali in. l. si quis in tantam text. in. l. alie-  
 nationes. ff. fami. hher. ciscunde text. in. l. ter-  
 tia versi. final. ff. de rebus eorum cuiusverba  
 sunt hæ enim obligationes, siue alienationes  
 locum habent: quia non ex tutoris vel cura-  
 toris volūtate id fit sed ex magistratum au-  
 thoritate & in expresso istam sententiam, &  
 conclusionem tenet Iaco. d̄ Are. in. l. si quis in  
 tātam. C. devnde vi. & ibi Cinus pe. col. Albe.  
 2. col. versic. item dicit Iaco de Arenis faber. 2.  
 col. in medio. Sed his non obstantibus ego te  
neo contrariam sententiam imo quod talis p-  
prietas bonorum aduentitorū non confi-  
 tur per delictū filii, & hoc principaliter argu.  
tex. in dicta. l. fi. §. filiis autem. C. d̄ bonis quā  
vbi habetur, q̄ filiusfamilis nullo modo pōt  
alienare proprietatem bonorū aduentitorū  
per cōtractū vel vltimam voluntatem fine cō-  
sensu, & voluntate patris ne fiat aliquod pre-  
 iudicium patri in suo vsufructu, & inquietet  
ab extraneo proprietario ergo eadem ratio-  
ne & maiori non poterit alienare per delictū  
confirmatur etiam quia confiscatio per deli-  
 ctum dicitur vera, & perfecta alienatio sicut il-  
la quē fit per contractum vel vltimā volunta-  
tem, & valet argumentū iste non potest aliena-  
re per contractum vel per vltimā voluntatem  
ergo nec per delictū ita probat text. notabilis  
in. l. imperator. ff. de fideico. libe. & ibi expres-  
se notat Bar. & doct. antiqui. Nec obstat tex.  
in. d. l. si postulauerit. §. iubet. ff. de adulte. q̄a  
loquitur, & p̄cedit in extraneo proprietario  
qui potest proprietatem suam, & ius quod  
habet in re inuito fructuario alienare secus  
vero est in filio proprietario qui nullo modo  
pōt alienare fauore patris vsufructuarii. nec  
obstat etiam text. in dicta. l. clarū. C. de auto  
præf. cum aliis allegatis in secūdo fundamēto  
quia ibi erit prohita alienatio fauore minoris  
qui per delictū amittit præuilegiū, & sicut  
pōt puniri in persona: ita in bonis: in nostro  
vero casu & quēstione est prohibita alienatio  
fauore tertii, & sic patris vsufructuarii & inex-  
presso ex isto principalifundamento & ratio-  
ne istam senten. & conclu. tenet Bar. in. l. si fi-  
nita. §. si devītigalibus quarta col. sexta. quē  
stione prin. num. 12. ff. de damno infecto & ibi  
Paul. de Castr. final. colum. & quēstione Ioā.  
de imo. fi. colum. num. sexto Alexan. 15. colū.  
num. 44. Ange. & Imola in. l. si filiusfamilias.  
eodem titu. idem Bar. in. l. si quis in tantam. 3  
colum. num. 11. C. ynde vi. & ibi alii doctores.  
Bald

licet sic nō consideretur reperio q̄ Aretinus  
in.l.3.ff.de acqui posse.1.&2.co.subtiliter qui-  
dem tenet contrarium imo q̄ istud ius incor-  
porale seruitutis,& possessio eius non acqui-  
ratur per ingressum,vel inductionē infundū.  
sed requiratur vſus ipsius iuris, & seruitutis  
cum scientia & patientia aduersarij. pet text.  
expressum qui istam regulam ponit in.l.quo-  
ties la.2.ff.de seruitu.cuius verba sunt ego pu-  
to vſum eius iuris pro traditione possessio-  
nis accipiēdum esse,& sic illud ponit pro ne-  
cessaria,& resolutiu forma eandē etiam po-  
nit tex.in.l.2. C.de serui. & aqua idem etiam  
tenet Aretinus in.l.quod meo.eo.t.de acqui-  
posse;3.co.idē Aretinus.in.l.2.§.& harū infra  
isto.ti.tenet etiam Socinus in.dict.l.3eo.tit.de  
acqui.posse.1.col.vbi valde cōmendat. Verū  
tamē est q̄ ex tali ingressu et inducōne infun-  
dū bene queritur i' reale seruitutis nō tamē  
aliqua possessio,vel,quasi q̄ declaro isto mo-  
do : nam sicut pōt quis adquirere dñm sine  
possessione ex sola traditione,vel appr̄ah en-  
sione rei corporalis sine possessione eius vt in.  
l.si fundū.ff.de fundo dotali,& ibido.& in.l.

cum res.C.de proba.& ibi.glo.or.& com.do.  
ita possit quis adquirere ius corporale serui-  
tutis,vel ,alterius iuris dominii & proprie-  
tatem eius per ingressum,& inductionē infun-  
do sine acquisitione possessionis eius cū sit  
ius distinctū vnum ab alio ,& ita intelligan-  
tur iura superius adducta,& ista est intentio  
Aretini,& doctorū vbi supra.Sed his nō ob-  
stantibus resolutiue teneo primā senten.&  
cōclu.supra positā fulcitā,& confirmatā:imō  
q̄ tam ius reale seruitutis ,vel ,alterius iuris  
quam etiā possessio plena,& perfecta adqui-  
ratur per ingressum, & inductionē infundo  
sine aliquo vſu.vel,exercitio.1.pertex.capita-  
lem & expressum in.d.l.3.§.dare.ff.devſufru.  
cū aliis supra allegatis quibus respōderi non  
potest.2.probat text.expressus in. l.1.versi.  
traditio.ff.de seruitu.rufi.pr̄di.cuius verba  
sunt traditio planē , & patientia seruitutum  
inducit officium iudicis,& sic textus ille po-  
nit illos duos actus tanquam diuersos,& se-  
paratos ex quibus resultat possessio.3.pro-  
bat casus formalis in.l.si ego.§.i. ff.de publi-  
tiana cuius verba sunt,si de vſufru.traditio  
agatur publitiana datur idēque de seruituti-  
bus per traditionem constitutis,vel per pa-  
tientiam , & sic manifestē probat quōd sola  
traditio , vel inducōne rei sufficiat. quarto fa-  
cit text.vnicus secundum Paul.& docto.ibi  
in.l.si partem.ff.quemad.serui.ami.vbi habe-  
tur quōd quando pro vſu , & exercitio serui-  
tutis requiritur aliquod opus,vel,factū in  
re seruiente non queritur ius incorporale ser-  
uitutis neque eius possessio antequām reali-  
liter fiat ergo aperte vult quōd vbi aliquod  
opus,vel factū non requiritur sufficiat so-  
la traditio vel,inducōne infundū,& ad hoc  
in propriis terminis notat ibi secus Paul.de  
Cast.& reputat singu. & vnicum.confirmat-  
ur ista senten.& conclu.clara , & subtili-  
ratione:quia multotiens videmus in iure no-  
stro quōd ex apprehensione,vel,traditione  
vnius rei infertur , & causatur acquisitio iu-  
ris,& possessionis in alia penitus diuersa tex.  
est subtiliter adductus in.l.1. C.de do.iuncta  
commu.opi.vbi disponitur quōd facta tradi-  
tione instrumenti censetur facta traditio rei  
etiam existentis in absentia.text.in.l.clau-  
ibus. ff.de contra.emp.vbi habetur quōd fa-  
cta traditione clavium queritur dominium,  
& possessio rerū que continentur sub eis:er-  
go ita dicamus in nostro casu q̄ per traditio-  
nem,& inductionē infundo queratur ius ser-  
uitutis & possessio eius nec placet mihi con-  
cordia

cordia quam in hoc articulo ponit. Innocē. in cap. in literis de resti. spolia. fi. col. num. 12. & anto. de Bu. in ca. fi. de causa posse. & proprie 7. col. num. 22. Anca. in regula sine possesiōe de regu. iu. libro. 6. qui tenent q̄ in vſu fructu sufficiat ingressus & solo inductio in fundo & ita intelligantur iura. i. loco adducta. scilicet tex. in l. 3. §. dare. ff. de vſu fructu. cum similib⁹ sed in aliis seruitutib⁹ tam rusticis quam urbanis non queratur ius nec possessio. per ingressum & inductionem in fundo: sed necessario requiratur vſus adquirentis cum scientia & patientia aduersarij, & ita intelligatur tex. in dicta. l. quotiens la. segunda. ff. deseruitutibus cum similib⁹ & vltra eos confirmari potest ex textu in lege quarta. ff. de vſu fructu vbi dicit quod vſus fructus est pars domini ergo merito queratur per apprehensionem fundi. rursus etiam confirmari potest ex textu. in l. naturaliter. ff. de adqui. posse. vbi habet quod fructarius possidet naturaliter fundū in quo habet vſum fructum, quod non est in aliis seruitutibus, & iuribus in corporalibus: sed licet ista concordia videatur singularis & subtilis tamen non potest de iure procedere periura & fundamenta superius perme adducta & sic teneo prædictam meam superiorem sententiam, & conclusionem quod tam in vſu fructu. quam in aliis seruitutibus & iuribus in corporalibus in distincte queratius & possessio eius per traditionem & inductionem in fundo sine aliquo vſu vel exercitio pro qua mea sententia, & doctrina, contra predictos doctores & eorum concordia cōsidero tex. nouum, & expressum ab alio non consideratum in lege via iter. ff. dese ruitutibus vbi dicit quod seruitus realis vel aliud ius corporale adquiritur eisdem modis quib⁹ vſus fructus, probat etiam tex. in. lege si ego. §. i. ff. de publicana. vbi similiter equiparatur adquisitio iuris & possessionis tā in vſu fructu quā in ceteris seruitutib⁹.

**Secundus** igitur modus per quem acquiri tuius reale seruitutis & possessio eius est per vſum & exercitium cum scientia & patientia domini ipsius predij vel fundi seruientis tex. est, formalis & expressus in l. quoties la. 2. ff. de seruitutibus cuius verba sunt, ego puto vſum eius iuris pro traditione possessionis ac ciendum esse ideoque interdicta veluti possessoria constituta sunt & ibi glo. or. Bar Albe. Pau. & cōmuniter doctores textus in lege secunda: C. de seruitutibus & aqua textus in dicta lege tertia. §. dare. ff. de vſu fructu cū similib⁹ supra allegatis ex quo deducitur &

infertur q uod si acquirēt seruitutem habeat titulum à domino secuta quasi traditione per vſum cum scientia & patientia eius, statim acquiritur ius reale seruitutis: vel alterius iuris incorporalis & similiter possessio eius si cut transit in rebus corporalibus per veram traditionem: si vero non habet titulum à domino sed tantum vtitur seruitute cum scientia & patientia eius bene poterit prescribe re tempore legitimo ordinario quia in tali prescriptionē requiritur titulus ab aliquo cum traetetur de modico prejudicio textus est in l. si quis diurno. ff. si serui. venditi. & ibi cōmu. docto. tex. in dicta. l. 2. C. deserui. & aqua. & ibi glo. or. Odo. Bar. Albe. Bal. Pau. & cōmu. docto. & adde quod ratio per quam in seruitutibus & iuribus incorporalibus requiratur scientia & patientia domini. ad quem dominum interueniente titulo vel ad prescriptionem non interueniente titulo & similiter ad possessionem querendam est quia quando habet titulum & vtitur res sine scientia & patientiē domini, dominus non videtur tradere cum ignoret & acquirens censetur prædo. argumēto textus in l. si ex stipulatione. ff. de acquirenda possessione ita paucum alij sequuntur in l. si ate. ff. si serui. vendi. sive non habet titulum sed vult prescribere ex qua si possessione que resultat ex vſu & exercitio tunc etiam ideo requiritur scientia & patientia domini: quia cum domin⁹ plene possideat rem non potest dici negligēs nec in culpa si eo ignorante quis vtatur aliquo iure & exercitio seruitutis: vnde merito requiritur eius scientia & patientia, ita singu. Innocenti⁹ in cap. cōquerente. 2. col. de offi. ordi. Bal in lege. 2. C. de seruit. & aqua. 4. col. numero. 8. & ibi cōmunitet doctores

Ex quibus infero singulariter, quod si res illa vel fundus nō possidetur à vero domino sed à quodam tertio & prescribens seruitutē habeat titulum ab illo tertio non requiritur scientia & patientia domini: sed sufficit quia si possessio habita ab illo tertio non domin⁹. scilicet per traditionem & inductionem in fundo vel vſum cum scientia & patientia eius: & probat aperte textus in leg. siego. §. i. ff. de publicana probat etiam textus in lege finali Codice de longi temporis prescriptione & in expresso ita tenet Pau. in l. seruitutes la. 4. ff. deseruit. 3. co. reputans esse singulare & quotidianum idem. Pau. in lege si quis diurno. ff. si. serui. vendi. Idem. Pau. in l. 2. C. de seruit. & aqua. tenet etiam & sequitur Feli. in cap. de quarta de prescriptione. fi. col. Iaſo. in

## Tomi.II.Cap.XV.

lege.1.ff.de acquirenda possessi.Fran.Bal.in tract. pres.folio.26.4.col.& ante eos Petr<sup>o</sup> de bella.Pertica in.l.2.C.de seruitutibus & a qua.ex quibus etiam singula,& subtiliter in fertur quod seruitutibus & iuribus incorpora libus datur quasi possessio naturalis & ciuilis:naturalis dum actus ipsius seruitutis exerceatur.ciuilis.illa que retinetur in a*io*.sine aliquo actu.vel exercitio & interminis ita tenet magistraliter.Bar.in.l.1.ff.de acquirenda posse.4.col.num.12.& ibi Aretinus,10.col.nu.27.Alexan.15.col.num.6.Iaso.17.col.num.73.Ripa.ii.num.39.Alberi.in.l.adquiritur.¶.fi.ff.de acquiren.re.domi.Bal.in.l.nemo.C.de adqui.posse.2.col.num.4.Innocen.& canonista in cap.in literis de resti.spolia.predita tem debent intelligi quando seruito promittitur vel debetur ex contractu:secus tame si relinquatur in ultima voluntate:quia tunc statim ipso iure queritur legatario,& transit in eum ius reale seruitutis.sine aliqua traditione vel quasi.tex.est formalis & expressus in.l.si partem versi.fi.ff.quemad.serui.amitta & ibi ad hoc notat & condemnat glo.or.Bar.Albe Odofre.Bal.Ange.Pau.Florian<sup>o</sup>.fulgo.&commu.docto.Bal.in.l.1.C.commu.delega.4.col.idem.Bal.in.l.vnica.¶.excepto.2.col.C.¶ cadu.tollen.Bar.in.l.binas edes .ff.de serui.vrba.prae idem.Bar.in.l.1.ff.delegatis.1.3.col.num.6.& ibi.Socinus & moderni Rofredus in libellis suis in rubri.de actione confessoria 2.col.glo.ordinaria in.l.3.¶.vt ifru. ff.de vi & vi.arma.& ibi docto.glo:etiam or.in.l.corruptionem.C.de v*s*u fructu & ibi docto.

**24** Item etia principaliter quero qualiter prescribatur seruitutes & certe erit articulus valde subtilis & necessarius in quo magistralit & resolutiue dico quod seruitus personalis nullo tempore prescribatur,vnde si quis habeat hominem liberum tanquam seruum bona,fide per tempus vel plures annos non prescriberet eum tex.est in.l.fi.C.de longi tempo.pres.quae pro liber.& ibi.glo.or.& comuni.docto.tex.in.l.v*s*u capionem. ff.de v*s*u ca.tex.in.¶.sed aliquando insti.eodem.titulo & id disponit lex.6.titulo 29.3.par. quod extende ut procedat etiam, si habet eum cum titulo: quia forte bona fide emit.ab alio: ita tenet & fundat Sali.in,dicit.al.fi.libertas vero prescribitur per.20.annos cum bona fide vnde si seruus fuit in possessione libertatis bona fide p.20.annos continuos prescriberet libertatem contra dominum etiam sine aliquo titu.tex.est in.l.2.C.de longi tem.¶.quae pro liber.& ibi glo.or.& commu.docto.& licet non fiat

præsentia vel absentiæ tamen de iure regio.procedit prescriptio libertatis per decem annos inter presentes &.20.inter absentes ita,disponit lex.7.titulo 22.4.par.& lex 23.titulo 29.3.parte.

**25** Seruitus.vero mixta vt est v*s*us fructus prescribitur per decem annos inter presentes &.viginti inter absentes cum titulo habito à non domino & bona fide vel per triginta annos sine aliquo titulo sicut res immobilis tex.est formalis & expressus in.l.fi.verfi.fi.C.depresa criptio.longi temporis & ibi glo.or & commu.docto facit etiam tex.in.l.fi ego.¶.1.ff.de publi.vbi dicitur quod pro v*s*u fructu datur & conpetit publiciana:ergo prescribitur argu.tex.in.l.eum qui eodem titulo aduertendum.tamen,quod videtur quod v*s*us fructus non prescribatur cum habeat causam discontinuam cum semper possessor non vtatur & fruatur v*s*u fructu: sed semel in anno vel ex alio maximo interallo : ergo non possit prescribitem pore praedicto ordinario sed immemoriali tanquam seruitus discontinua, cum quotidie interrupatur possessio , Sed nota, liter respondeo quod licet actus percipiendorum fructuum sit discontinuus tame possessio,mediante qua percipiuntur,que refidet in persona fructuarij est continua & ideo mediante illa possessione ciuali que est continua animo suo prescribit v*s*um fructu:& iste est verus intellectu huius articuli:& in expresso istam sententiam & declarationem ponit.Bar.in.l.iusto.¶.non mutat. ff.de v*s*u ca.& ibi Panor.de cas.& comuniter doctores Bal.Pau.& alij doctores in.l.fi.C.de longi temporis pres.cinus in.l.2.C.de seruitutibus & aqua 6.¶.ib*s* comuniter docto.Pau.de, cas.singulariter in.l.seruitutes la.4.ff.de seruitutibus pe.col.Cepola in tracta seruitu.libro.1.cap.19.fi.col. Item etiam aduertendum,quod adhuc videtur quod talis v*s*us fructus non prescribatur quia in eo non datur aliqua possessio, ciuilis que est necessaria in prescriptione: sed tantum datur possessio naturalis, quam habet fructuarius in ipso fundo velre, vt.in.l.naturaliter. ff.de acquirenda posse.quae non sufficit ad praescribendum ut probat tex.in.l.acquiritur.¶.fi. ff.de adqui.re. domi.& est, glo.singularis & expressus in.l.1.C.de seruis fugitiu*s* in fine.& ibi commu.docto.& tradit plene Bar.& docto.post glo ibi in.l.3.¶.ex contrario ff.de acquirenda posse.Sed huic difficultati respondeo primo modo quod in nostro casu fructuarius prescribit mediate illa posse.naturali, quam habet in ipsa re vel fundo & inter

inter. tenet ita Bar. in. l. 3. ff. de acquirenda posse. session. 2. col. q. 1. & in. l. 1. eiusdem tituli 4. col. nu. 9. sed ista solutio aperte est falsa: quia sine civili posse. non procedit aliqua prescrip<sup>tio</sup>. Item etiam quia illa possessio naturalis quam habet fructarius est tamen in ipso fundo de cuius prescriptione non tractatur: sed tamen de prescribendo ipso vsu fructu & iure incorporali. vñ. 2. modo verè & subtiliter respōdeo quod talis possessor vsus fructus. non prescribit usum fructum mediante posse. naturali. quam habet in re vel fundo sed mediante posse. cuius quam habet in illo iure vsus fructus quod prescribitur: quia talis fructarius habet possessionem naturalem in fundo: & naturale, & ciuilem in ipso iure incorporali vsus fructus & ex illa quasi posse. ciuilicatur prescriptio ita probat tex. in. l. ait prætor. q. 1. ver. Item ei. ff. ex qui. cau. maio. & ibi Bar. Albe. & cōmu. docto. tex. in. l. 3. §. qui vsus fructus ff. de vi & vi armata & ibi notat Angelus & alij. docto.. tex. in. l. siplures. §. deiectum eo. ti. tex. in. l. acquiritur. §. fi. ff. deacquirēdo rerū domi. tex. in. l. quoties la. 2. ff. de serui. tex. in. l. sicuti. §. Aristo. ff. siserui. ven. & q. ex sola ciuili possessione causetur prescriptio & non ex naturali tenet. glo. reputata singularis in l. 1. in. fi. C. de seruis fugitiuis. & ibi cōmu. doctores. Tenent etiam cōmu. docto. in. l. 3. §. ex contrario. ff. de acqui. posse. confirmatur noua & subtili ratione quia omnia alia iura incorporalia & seruitutes continuæ prescribuntur tempore ordinario, ut vsus fructus vt in dicta. l. fi. C. de prescriptione longi. tempo. & talis prescriptio non procedit sine posse. sed ibi non datur aliqua posse. in ipsa re vel fundo ergo prescribitur mediante possessio quæ est in illa seruitute & iure incorporali, ex quo singu. & utiliter infertur quod eodem modo & tempore potest prescribi iuris dictio, in alieno territorio nam si quis cū titulo habito a non domino & bona fide exerceat iurisdictionem in territorio alterius per decem annos inter presentes vel viginti inter absentes vel per triginta sine aliquo titulo, prescribet iurisdictionem mediani ciuili possessione, quæ est animo suo in illo iure incorporali, & intellectuali iurisdictionis: & licet actus iurisdictionis non sit continuus nec vsus & exercitium eius: tamen cum prescribatur ratione ciuilis possessionis, quæ est in animo, suo illa est continua & per consequēs ex ea causatur prescriptio tempore legitimo & ordinario & in expresso ita tenet & declarat

Bar. in. l. iusto. §. non mutat. ff. de vsuca. & ibi Pau. de cas. & cōmuniter doctores. Bal. & alii doctores. in. l. fi. C. de longi temporis pres. 26 Seruit<sup>9</sup> verò merè realis continua vel quasi ut tigni immittendi, oneris ferēdi, stlicidij, àque ductus vel similis: prescribitur per decē annos inter p̄resentes & viginti in absentes interuenientē tamē bona fide, non tamen requiritur titulus quia agitur de modico præiudicio tex tus in. l. si quis diurno. ff. si serui. vendi. tex. in. l. foramen. ff. de seruitutibus vrba. p̄. tex. in. l. 1. & 2. C. de seruitu. & aqua & vtrobi que glo. or. & cōmu. docto. & idem disponit, lex. 16. titulo. 31. 3. par. requiritur tamen necessariō scientia & patientia aduersarij cōtraquē præscribitur: quia ex hoc causatur possessio vel quasi in iuribus incorporalibus: ex qua resultat prescriptio tex. est in. l. quotiens la. 2. ff. de serui. tex. in. l. 2. C. de seruitutib<sup>9</sup> & aqua & ibi glo. or. & cōmuniter doctores & sic prescribēs debet esse cautus in alleganda & probanda scientia & patientia domini ultra usum & exercitium seruitutis & tempus eius. quia alias non obtinebit cuius ratio vera & concludens est. quia cum dominus possideat suam rem non potest dici negligens vel in culpa nec est quid ei imputandum si ignorante eo aliis vtratur seruitute: vnde merito ante non causatur aliqua prescriptio & in terminis istam rationem ponit. Innocentius. in cap. conquerente de officio ordinari. 2. col. nume. 3. Bal. in. ca. querelā de electione. 2. col. idem Baldus in. l. 2. C. de serui. & aqua. 4. col. numero. 18. adde tamen. q. si in praescribenda tali seruitute cōtinua vel quasi interueniat titulus habitus a non domino ne requiritur scientia vel patientia aduersarij cōtra quem prescribitur: sed sufficit tempus. 10. vel. 20. anno. cum bona fide ita probat tex. no. & expressus in. l. fi. C. de pres. longi. temporis. vbi dicitur quod sicut res corporales immobiles prescribuntur tempore ordinario. 10. anno inter presentes & 20. inter absentes mediante titulo & bona fide nulla interueniente scientia aduersarij cōtra quem prescribitur ita etiā vsus fructus. & ceterae seruitutes cuius verba sunt. Eodem obseruando & si res non soli sint sed incorporeae quæ in iure consistunt veluti vsus fructus. & ceterae seruitutes: probat etiam tex. in. l. si ego. §. 1. ff. de publicana & in expresso per ista iura ista sen. & cōclusionē tenet. Pau. de Cast. vbi reputat singulare & quotidianum in. l. seruitutes. la. 4. ff. deserui. 3. col. versi. 4. requiri. Idem Pau. in. l. 2. C. de seruitutibus & aqua. 2. col. nu. 3. & ibi. Petri<sup>9</sup> Cinus notabiliter 3. col. 7. questione post Pe. quem ipse allegat Cepo.

## Tomi.II.Cap.XV.

in tracta deserui.lib.1.cap.20.2.col.versi 2.fallit Bal.vbi reputat no.in §.prædicto Insti.deser. si.col.pe.q Iaso in.l.i.ss.de acquirenda posse. 15.colu .nu. 65.Anto. de Bu.in cap.peruenit decensibus,6.col.versi.exigitur Fran.Balbus in tractatu pref.in.2.par.4.partis principalis i.q.fi.col.

27 Seruitus verò realis mere discontinua vt iter actus via non prescribitur tempore ordinario:sed immemoriali quia eius possessio non potest esse continua. Sed quotidie interrumpitur:tex.est capitalis & expressus in.l.seruitutes la.4 ff.de seruit,& ibi glo.or. Bar.Pau.& cōmu.docto.tex.in.l.hoc iure.§.ductus aquæ ff.de aqua.quoti.& astiu cuius verba sunt. ductus aquæ cuius origo memoriam excesserit. iure constituti loco habetur tex.in.l.i.ij.fi.ver si.s.i.tn. ff.de aqua plu.ar.tex.in.ca.super quibusdam.§.præterea de verbo.signi.tex.in.ca.i de pres.libro.6.facit etiam tex.in.ca.hæc qui pe.,q.6.tex.in.ca.conquestus.3.q.9.tex.in.ca pitulomos antiquus.65.distin.& idem.expre ssè disponit lex.16.titulo 31.3.parte & adde q ista proprie non est prescriptio sed potius titulus vel cōcessio aduersarij,quæ præsumitur ex tanto tempore ita probant prædicta iura, & tenet expresse Pau.in dicta.l.seruitutes la.4 ff.de seruitutibus.4.col.nu.10.& ibi cōmu.docto.idem Paulus in.l.iusto.6.non mutat.ff.de vſucapione.item adde,q in hac prescriptione immemoriali non requiritur scientia,& patientia aduersarij:ita probat tex.iuncta glo.or.in dicta.l.hoc.iure.§.ductus aquæ ff.de aqua quo. & cest. & ibi notat & cōmendat Ange.deperu. & alij docto.Pau.de Cas.in dicta.l.serui.pe. col.in medio. Iaso in.l.imperium.ff.de iuris omnium iu.10.col.nu.21.Feli.in ca.de quarta pe.col.deprescription. Fran.Balbus vbidicit hæc esse magis cōmu.opinio.2.parte.4.partis principalis.i.q.pe.col.

Aduertendum tamen ad vnum valde, singulare & quotidianum , quod licet seruitus discontinua non prescribatur nisi tempore immemoriali vt supra dictum est tamen illud est verum quando prescribens nō habet titulum:ab aliquo tertio secus tamen si habet,quia tunc bene pōt eam prescribere tempore legitimo & ordinario 10.anno inter praesentes & 20.inter absentes etiam nulla interueniente scientia & patientia aduersarij contra quem prescribitur sicut dicimus in seruitute continua vel quasi ita probat tex.formalis & expressus in dicta.l.fi.versiculo.fi.C.de prescriptionis longi tempor. vbi dicit quod sicut res corporales immobiles prescribuntur tem-

pore ordinario.10.anno.inter praesentes & 20. inter absentes cū. tit.& bona fide nulla interueniente scientia aduersarij ita etiam prescribitur vſus fructus & cæteræ setiuitates:ergo non magis continua quam discontinua.probat etiā tex.in.l.si ego.§.i.ss.de publiciana & in expresso per ista iura istam sententiam & conclusio nem tenet.Pau.de Castro in.l.seruitutes la.4. ff.de seruitutibus penultima col.vbi hoc repudiat singulare.Cepola in tract. seruitutib<sup>o</sup> lib. 1.cap.19.fi.col.versi.tertius casus Fran. Balbus in tractatu prescriptioni.2.parte.4.par. prin. i questione.2.col.versiculo.2.fallit Feli.in cap. de quarta de prescription. penultima .colu. in fine.

Item adde q licet seruitus realis cotinua vel quasi prescribatur tempore ordinario.10.anno.in ter praesentes & 20.inter absentes vt supra dictum est:tamen illud debet intelligi in seruitutibus affirmatiuis.per quas quis intendit aliquid in alieno facere iure seruitutis , vt tigni immittendi, oneris ferendi stilicidij,& similibus: nam tunc prescriptio incipit currere at tempore quo quis incepit vi predicta seruitute: Secus tamen est in seruitutibus negatiuis vt altius non tollendi, vel non edificandi & similibus:quia tūc prescriptio non incipit currere,nisi at tempore quo interuenit prohibitio, ex parte presribentis contra vicinum volentem edificare:vnde si permille annos dominus vnel fundus extaret expressus sine illo edificio & postea dominus eius velit edificare licet possit,nisi lapsum sit decenium inter praesentes,vel.20.anni.inter absentes post illam, prohibitionem cum bona fide:quia tunc censetur causata & perfecta prescriptio huius seruitutis:quia alias non censetur interuenisse aliquis actus ex quo causetur possessio & formetur prescriptio & in expresso isto fundamento & ratione istam sententiam.& conclusio nem tenet glossa singularis & ordinaria in.l. qui luminibus ff.de seruitutibus urbanoru prædiorum & ibi notat & cōmendat Bartol<sup>o</sup> Paulus Florentinus cōmuniter doctores glosactiam similis & ordinaria in.l.i. C.de seruitutibus & aqua in glossa.i. Prima lectura & ibi cinus.2.col.6. questione & cōmuniter alij doctores glossa etiam similis & ordinaria in ca pitulo Abbate Sancti Siluani. de verborum significatione & ibi doctores Rosedus in libellis suis in actione confessoria.20.columna numero vigesimo nono. speculator in rubrica de publiciana & de seruitutibus finali columnaverseculo sed pone habuisse Baldus in § prediorum Instituta de seruitutibus rustorum

corum prædiorum. prima columna in fine & ibi communiter alij doctores faber in. & quæ si agat instituta de actionibus. 6. columna numero. 20. & ibi Angelus finali columna numero. 15. Cepola tractatu de seruitutibus libro. 1. capitulo. 20. tertia columnaver siculo quintum quod requiritur: & ex prædictis se ostendit maxima & subtilis difficultas scilicet quæ sit ratio per quam seruitus discontinua non prescribatur tempore legitimo & ordinario sicut seruitus continua, cum in vtrahque reperiatur quasi possessio civilis & naturalis & illa civilis sit & resideat in persona domini fundi dominantis & præscribentis: & illa sola sit potissima & principalis in causanda & consumanda præscriptione, ut suo loco dixi & illa sit continua licet quasi possessio naturalis quotidie interrupatur quando actus ipse & vsus seruitutis non exercetur & certè est subtilior & difficilior difficultas quam videtur in materia seruitutum & iurium in corporalium in qua possim dicere cum Acurio in lege tertia. i. isto titulo mirada nouitas subtilis subtilitas quis te ruminabit? in qua repetitio varias sententias & solutiones confirmatur etiam & augetur difficultas: quia vsus fructus qui non percipitur nec colligitur continuo: sed semel in anno prescribitur tempore ordinario ratione quasi possessionis, quæ residet in ipso prescribente ut in lege finali. C. delongi temporis præscriptione.

Prima igitur solutio sit, quod in seruitute discontinua nulla reperitur possessio civilis nec naturalis, quia cum quotidie debet actus ipse & vsus seruitutis impedi & interrumpi non videtur dominus fundi dominantis habere animum possidendi: cum conseruatio naturalis possessionis sit impossibilis, & intermissionis istud est quod voluit textus ille formalis & subtilis in lege seruitutes la quarta. ff. deseruituti. titulo generali cuius verba exp; essa hic subiiciam.

Seruitutes prædiorum rusticorum etiā si corporibus accedant incorporales tamē sunt: & ideo vsu non capiuntur: vel ideo quia tales sunt seruitutes, vt non habeant certam continuam quæ possessionem: nemo enim tam perpetuo tamque continuo ire potest ut nullo momento possessio eius interpellari videatur. confirmatur: quia ita demum possessio cūlīs ex dispositione iuris retinetur animo, quando ex qualitate rei vel causa nondatur aliqua impotētia vel impossibilitas possiden- di naturaliter quia si datur statim amittitur

ipsa possessio habili tanquam deficiente subiecto & fundamento, in quo civilis possessio insistebat. ita textus singularis in iure in lege cum vnu. §. finali ff. de bo. autoritate. Iud poss. textus in lege tertia. §. Labeo ff. de acquirenda possessione. textus in lege quod meo. §. finali eodem titulo textus in lege Pōponius eodem titulo. textus in lege prima. §. quod si seruus. ff. de vi & vi armata, & ex hoc forte dicitur quod prescriptio immemorialis non est propriè prescriptio: sed potius habet vim tituli concessionis vel præuilegij textus est in lege hoc iure. §. ductus aqua. ff. de aqua quo. & estiu. textus in capitulo primo de prescriptione libro sexto & ibi communiter doctores sed certè ista solutio non satisfacit nec concludit quia si in hac seruitute discontinua nulla daretur possessio nullo modo posset causari aliqua prescriptio ordinaria vel immemorialis. textus est in lege sine possessione. ff. de vñscionibus textus in regula sine possessione de regulis iuris libro sexto, & per consequens si non esset inducta præscriptio nō posset habere vim tituli concessio- nis vel præuilegij.

Secunda solutio sit quod fundus ipse dominans est qui prescribit contra alium & ei, queritur ius præscriptionis & ille est qui possidet saltim naturaliter ad causandam & comprehendam præscriptionem: vnde cum vsus & exercitium seruitutis non sit continuum meritò interrupitur ipsa possessio & per consequens præscriptio ita subtiliter probat textus in lege qui fundum. ff. quem ad seruitutes amittatur. textus in lege vnu ex socijs. ff. de seruitutibus rusticorum prædiorum confirmatur: quia ius seruitutis actiue residet & acquiritur ipsi fundo dominanti & ius seruitutis passiuē ipsi fundo seruienti, & ei cohæret, tanquam quedam qualitas vel accidens textus est in lege qui aliena negotia. §. finali, ibi sententia prædio datur. ff. de negotiis gestis & ibi notat & commendat Bartolus Paulus & communiter doctores. textus in lege via constitui. §. si fundus. ff. de seruitutibus rusticorum prædiorum textus in lege cum fundo eodem titulo. textus in lege similia prima. §. finali eodem titulo textus in lege vnu ex socijs in fine eodem titulo. ibi Quoniam non personæ sed predio debetur textus in lege cum fundus. ff. communia prædiorum textus in lege tertia. ff. quemadmodum seruitutes amittant, textus in lege si in cui. §. finali eodem titulo tex. in l. testatrix. §. finali

## Tomi.II.Cap. XV.

§.fi.ff.sifserui.ven.tex.in.l.vii frui.§.i.ff.si vſus  
fructus peta.tex.in.l.& nō tñ.§.fi.ff.de peti.  
hære.tex.in.l.si aquæ ductus.ff.de contra.em  
ptio.tex.in.l.alienatio.eo titulo tex.in.l.i. ff.  
de vſu fructu lega.tex.in.l.quid aliud.ff.dever  
ho.signi.tex.in.l.3.C.de seruituti.& aqua:&in  
effectu istam senten. & solu.ponit. Bar.in.l.i.  
ff.de acquirenda posse.4.col.nu.12. vbi dicit  
ista verba & fundus ipſe dicitur prescribere &  
ideo ſinon habet cauſam continuam non pro  
cedit vſucapio & ibi A retinus.10. col.nu.27.  
Rom.7.col.nu.24.Iaſo.17.col.nu.73.vincen.32  
col.nu.75.Ripa.ii.col.nu.39.idē.Bar.in.l.iuſto  
§.non mutat.ff.de.vſuca.i.col.numero.3.idem  
Bar.in.l.i. ff.vti poffidetis.2.col.nu.6.Bal.in.l.  
i.C.de serui.& aqua.i.col.nu.6. vbi ſubtiliter  
loquitur.idem.Bal.in.l.2.co.titulo.3.col.nu.10  
Fran.Bal.in. tract.pref.2.parte.4. partis prin  
cipalis.2.queſtione.4.col.nu.18.

Sed ſalua pace tantorum virorum iſta ſolu  
tio aperte eiſi falsa & nullo modo potest pro  
cedere quia ipſe fundus dominans cum ſit in  
animat' nullo modo potest poffidere nec pre  
ſcribere:qā poffeffiociuilis vel naturalis,vel v  
traque requirit animum & voluntatē adquire  
tis.tex.eſt in.l.i. §.adipifcimur.ff.de acquirēda  
poſſe.ibi quia affeſtionem tenēdi non habet  
tex.in.l.3.eodētitulo tex.in.l.licet eodem ti.cū  
ſimilibus qui animus & volūtas ceflat in fun  
do. præterea nulla res inanimata potest ali  
quid adquirere tex.eſt in.l.i.& per totum.C.  
per quas personas.tex.in.l.adquiriſſ. ff.de adq  
ren.rerū domi.& in expreſſo ita determinat  
glo.singu.& vnicā in. §.exhiſi inſti.per quas p  
fonas vbi dicit q̄ ſola poffeffio cum ſit res in  
animata nihil potest querere domino ſed do  
minus ipſe querit mediante poffeffio.tanquā  
inſtrumento & ad hoc illam glo.reputat in iu  
re Singu.Bal.in.l.pe.C. ſi à non competētiu  
dice pe.col.reputat etiā vnicā idem Bal.in.  
cap.i. §.ſiquis de manſo. de cōtrouerſia. inue  
ſtitur in vſibus feudorum.pe.col. Iaſo in.l.i.  
ff.de acqui.poſſe.18.col.n.77.proqua ego pō  
dero nouiter & ſubtiliter tex.in fortioribus  
terminis in.l.i. §.certum. ff.de adqui.poſſe.vbi  
habetur q̄ per ſeruum velfilium furiosum vel  
mēte captum non adquiriſſ domino vel patri:  
poſſeffio.nec aliud ius qā mediū perqđ debet  
ſieri alteri adquisitio debet eſſe habile ſaltim  
in facto ſecundum naturam & habererationē  
& intellectum licet ſit in habile respectu iuris  
quia ſeruuſ vel filius & ad hoc notat & cōmē.  
Bar.& cōmu.doctores ibi. ergo aſfortiori res  
inanimata non poterit acquirere. nec obſtat,  
ſi dicatur q̄ bene interuenit anim⁹ ipſius do-

mini tempore adquifitionis ſed poſtquam po  
ſeffio eſt queſita & in eſſe producta conſerua  
tur peripſum fundum & vſum exercitium ſer  
uitutis:quia reſpondeo q̄ hoc eſt imposſibile.  
Primò.qā ſianim⁹ dñi ſufficeret in adqſitiōe,  
aſfortiori ſufficeret in conſeruatione argu.tex.  
in.l.i. §.quod autem ait prætor. ff.de luperſi  
cieb'.tex.in.l.inuitus de regulis iu.vnde illa,  
ſola ſufficeret ad cauſandam prescriptionem  
tempore ordina.2:quia ſi poſtea poſſeffio re  
ſideret & conſeruatur in fundo dominante  
illa quotidie interrumpitur:ergo nunquam  
poſſet compleri argu.tex.in.l.naturaliter. ff.  
de vſucapione & ſic aperte deducitur & pro  
probatur quod poſſe.non reſidet in ipſo fun  
do dominante vnde tertia vera & concludens  
ſolutio ſit q̄ ciuiliſ ſoſſeffio. cauſat preſcri  
etiam in ſeruitutib⁹ & iuribus incorporali⁹  
diſcoſtinuis & illa eſt & reſidet in ipſo domino  
fundī dominatī tam tempore adquifitionis  
quam etiam poſtea ſed illa nititur & fundat  
in ipſo vſu factō & exercitio naturali ſeruitu  
tis:non quod interrumpita poſſe. naturali inter  
rumpatur ipſa ciuiliſ,quia ſecūdum hoc nū  
quum poſſet cauſari & compleri preſcriptio  
ſed per hoc diſſertur & extendit tēpus pre  
ſcriptionis propter interuallum & diſcontinui  
tatem aſtu & exercitij ipſius ſeruitutis pre  
ſcribenda & coſfirmatur:quia cū vtilitas pre  
ſcriptionis & ſeruitutis debet queri ipſi fundo  
& in eo reſidere vt in.l. qui aliena negatio. §.fi.  
ff.de nego.gel.cum ſimilibus merito regula  
ab aſtu & exercitio in eo factō ſaltim vt diſfe  
ratur & extendit tēpus preſcriptionis ei⁹  
& ita probat tex.in.l. ſeruitutes.la.4. ff.de  
ſeruituſ.& ibideclarat Solus Pan.i.co.numero  
6.confir.subtili ratione & coſidera:quia quā  
do quis poſſidet mediante alio,putā procura  
tore colono,inquilino,filio,vel ſeruo & talis  
procurator colonus,inquilinus,filius vel ſer  
uuſ expellatur adetētatione & inſiſtentia rei,  
ſtatiſ domin⁹ qui poſſidebat per eos amittit  
poſſeffiōem etiā ciuile q̄ retinebat in aīo:qata  
liſciuiliſ poſſeffio nititur & ſudatur in illa de  
tentioſe & inſiſtentia naturali illius tertij  
& quodammodo dependet ab ea:vnde merito  
ea ſublata vel interrumpita perditur & inter  
rumpitur ipſa poſſeffio ciuiliſ quā erat &  
reſidebat in perſona domini licet ſecus ſit ſi  
ipſe dominus expelleretur:& non deten  
tor quia nō amittit naturalem, quam retinet  
per alium non amittit ciuilem quam retinet  
per ſe:quia cenſetur acceſſoria & dependens  
ab illa naturali.textus eſt in lege.i. §. quod  
ſi ſeruuſ .ff.de vi & vi armata textus in  
§.non

¶ non alij autem versi. i. eiusdem legis & ibi,  
glo.or.Bar.Albe Angelus & cōmu.docto,sic  
ergo dicamus in proposito q̄ cum dominus  
fundi dominantis habeat & conseruet suam  
ciuilem posse.mediante facto & exercitio na  
turali,quod fit & exercetur in fundo seruien  
te:merito illo interrupto differtur ex iuris  
dispositione prescriptio seruitutis discontinu  
nū & extenditur in longius tempus scilicet  
immemoriale & in hoc extat & consistit ver  
& metralis intellectu & declaratio huius arti.  
2 confirmatur quia in seruitutibus & iurib⁹  
incorporalibus est valde stricta & restringē  
da prescriptio & in tantum quis acquirit ius  
seruitutis in quantum reperitur possessum  
& ad aliud non extenditur tex. est singularis  
in iure in.l.i.¶ Iulianus ff.de itinere actuq;  
priuato & ibi notat.Bar.Albe.& cōmuniter,  
docto.ita ergo dicamus in proposito q̄ cum  
actus naturalis factum & exercitium serui  
tutis discontinua non sit continuum,merito  
requiratur maius tempus hoc est immemoria  
le & non sufficiat ordinariū nec obstat pre  
dictis difficultas subtilis superi⁹ tacta: q̄ vſus  
fructus est seruitus discontinua:cum semel  
inan⁹ vel ex maximo interuallo exercetur,  
& colliguntur fructus,& tamen prescribitur  
tempore ordinario decem vel viginti annorū  
sicut quelibet alia seruitus continua:quia res  
pondeo,q̄ talis vſus fructus est seruitus perfo  
nalis,vel mixta,& continua,quæ coheret perso  
ne presribentis,& non predio:et animus eius  
est continuus,& non interpellatur,& ideo pres  
cribitur tempore legitimo & ordinario, sicut  
quelibet alia seruitus continua.tex.est forma  
& expressus qui sic debet intelligi in.l.fi.C.de  
lōgi temporis, prescriptione iuncta cōmuni o  
pinione,

Aduertendum tamen pro complemento ma  
teria q̄ licet in adquirēdo dominio in aliqua,  
revel fundo vel in acquirenda seruitute vel  
iure incorporalire requiratur traditio eius vel v  
ſus exercitium vt supra dictum est: tamen nō  
requiritur traditio vel adquisitio posse. eius  
dem rei vel fundi sed sufficit nuda tantū,&  
simplex traditio & apprehensio.rei. quod ē  
claro isto modo nam si fundus meus sit pe  
nes alium & ab eo possideatur & talem fun  
dum vēdam vel donē alteri.tenet,vel in eo ser  
uitutem cōstituam & presente tertio posse  
store vel eo absente clam vel palam inducā  
emptorem in detentationē eius statim que  
ritur emptori verum & perfectum dominū  
rei vel fundi vel ius seruitutis licet nullā quæ  
rat possessionē & in expresso istam sententiā

& conclusionem probat tex singu.& vnicus  
in.l.si fundum ff.defundo dotali vbi habe  
tur quod si fundus mulieris erat penes ali  
quem bona fidei possessorem qui ceperat  
eum prescribere & talis mulier nupsit alicui,  
viro qui dedit illum fundum indotem talis  
fundus efficitur dotalis & per consequēs do  
minum eius trāsit in maritū quo casu si pres  
criptio fuerit consumata culpa & negligē  
tia mariti rem periculi sui fecit & tenebit vxo  
ri ad estimationem vel interesse quia licet res  
vel fundus dotalis nō possit prescribi quia  
est species alienationis vt in.l.alienatiōis ver  
bum ff.de verbo signi.& in.l.vbilex ff.de v.  
suca.& in.l.z.C.de vſuca. pro empto tamen  
debet intelligi qñ inchoaretur prescriptio,  
post quam iam res vel fundus esset dotalis &  
prohibitus alienari.secus vero si antea quia  
tunc bene potest perfici & consumari & ad  
hoc illum.tex.notat & cōmendat ibi glo.or.  
Odofre.Bar.Bal.Sal.& ad hoc illum tex.di  
cit singu.& vnicum Bal,in rubri.de causa po  
sse.& proprietate.col.nu.10.illum etiam reput  
at singularem idē Bal.in.l.i.infine C.de lon  
gitem.pres.illū etiā reputat singula.& vnicū  
nico.de neapo. cumanus & Alex.in.l.sifilio  
familias ¶.ff.solu.matri.illum etiam notat  
& cōmendat Petrus in.l.fi.C.in quibus cauſ.  
restitu.in integrum non est nece.3.col.& ibi  
Cinus.2.col. Albe.3.col. Bar.3.col. pau.3.col.  
Sali.fi.col.notat etiam & cōmendat Rofre.  
in libellis suis in rubrica de rei vendi.3.col.&  
eadē ratione idē esset dicēdū.in reb⁹ maiorat⁹  
in quib⁹ in choare pres. ante q̄ esset posita  
& in cluse in maioratu quia posset compleri  
prescriptio.ex quo tex.sic in telleto & decla  
rato infertur & probatur aperte nostra supi  
or conclusio q̄ in acquisitione dominij non  
requiratur possessio sed nuda & simplex tra  
ditio & detentatio nam cum dicat quod si  
militer dedit fundum indotem quierat apud  
alium bone fidei possessorem talis fundus effi  
citur dotalis & per consequens dominum  
eius trāsit ad maritum ergo necessario debet  
intelligi q̄ interuenit nuda & simplex tradit  
io & detentatio eius quia alias non potuit  
in maritum trāferri dominum etiam excau  
fa & titulo dotis vt est textus iuncta.glo. sin  
gulari & vnicus in.l.i.ff.de vſuca pōne pro do  
te & ibi cōmuni.docto.& alias dixi suo loco  
nō vero fuit quesita possessio cum esset penes  
bone fidei possessorem & per illum tex.istam  
senten.& cōclusionem tenet ibi glo.l.ordi. se  
cūdum op̄.Ioa.& ibi notabiliter odofredus  
fi.colu. Bar.Bal.salicetus,& cōmu.doctores

## Tomi.II.Cap. X V.

antiqui & per illum tex. ita tenet glo.or.in.l  
 cū res C.de proba.& ibi Petrus. Cinus Iaco.  
 Butri.Bar.Bal.Ange.Sali.Pau. & cōmuniter  
 docto.tenet etiam glo.in.l.i.¶ sed & per eum  
 ff.de adquirenda posse.& ibi imola cuma.&  
 alij docto.glo.etiam in.l.2. C.de adqui.posse.  
 & ibi.Cinus.Iaco.Butri.Alberi.Bal.Angelus  
 Sali.& cōmu.docto.glo.etiam in.l qui predi  
 um.C.de distra.pigno.& ibi.Bal.Ange.Sali.  
 & alij.docto.glo.etiam in.¶ pertraditionem  
 Insti.dererum diui.& ibi.Bal.Angelus Platea  
 & cōmu.alij docto.Bar.in.l.celsus.ff.de vSuc.  
 2 col.nu.12.idem Bar.in.l.i.¶ item adquirim⁹  
 ff.de adqui posse.1.col.nu.3.idem Bar in.l.in  
 terdum.¶ fi.C.& adhoc illum tex.notat& co  
 mendat Bal .in rub .de cau .posse.& pro.3  
 co.n.10.& illū tex ad hoc.reputat singu.& vni  
 cum Bal.incapitulo contingit dedollo & con  
 tinmacia.fi.col.reputat etiam singularem sali.  
 in.l traditionibus. C.depactis.¶ fi.col.reputat  
 etiam singu.Arctinus in Ru.ff.de adquieren  
 da possessione.1.col.& ibi.Iaso.3,col.nu.8.no  
 tat etiam & cōmendat.Pau.vbi bene declarat  
 in.lege.2.¶ i.1.ff.deactio.emp.idem.Pau.in di  
 eta.l traditionibus C.depactis idem.Pau.in  
 l.naturaliter.¶ nihil cōmune.ff.de acquiren  
 possessione 2.col.numero.4.Angelus in.l.rei  
 cōmodate.ff.comodati sucus in.l clam po  
 ¶ qui adnundinas.ff.deadquirenda possessi.  
 Iaso in.¶ sic itaq; in sli de actio.proqua cōmu  
 ni sententia & conclusione bene facit.tex  
 in.l.tradictionibus,C.depactis vbi cum mi  
 sterio & effectu dicit tex.¶ traditionibustrās  
 fertur dominium & nondicit possessionibus  
 facit etiam tex.subtiliter in ductus in.l.homo  
 liber.¶ quidquid.ff.deacquirendore domini  
 vbi dicit tex.¶ si homo liber vel seruus alien  
 us bona fide possideatur ab aliquo,nō quē  
 rit possessori dominium rei quāsitæ:sed ve  
 ro don.in o vel sibi:ergo bene probatur,¶ ex

titulo & sola traditione & detentione quē  
 ritur dominium sine aliqua possessione quia  
 talis seruitus non potuit querere possessionē  
 cum ipse possideatur ab eo fidei possessore  
 & ibi tenet glo.or.& doctores antiqui tex in  
 l.quidquid filius versi.amplius.ff.de adqui  
 renda possessione tex.in.l.eo tēpore.¶ fi.ff.  
 de peculio.tex.etiam formalis & expressus in  
 ¶ pertraditionem instituta de rerum diuisio  
 cuius ratio licet ad doctribus nō ponatur po  
 test esse vera & metalis:quia de iure antiquo  
 naturali ex sola apprehensione & nuda deten  
 tione acq uirebatur dominium & non con  
 siderabatur nec erat cognita aliqua iuridica  
 possessio vt in.l.i.¶ de adquīda posse.cum  
 similibus ergo licet hodie in rebus non vacā  
 tibus in acquisitione dominij requiratur titu  
 lis & traditio tamen debet intelligi quod re  
 quiratur sola nuda traditio & detentio fa  
 cti sicut olim requirebatur nec in ea reperi  
 mus aliquid immutatum & istam rationem  
 sentit subtiliter Bal.in.l.ea.l.C.de condi. ob  
 causam.1.col.idem.Bal.in.l.i.C.de vfu capio.  
 pro donato vbi dicit q; in acquisitione domi  
 nij etiam hodiorequiritur traditio quia prin  
 cipia naturalia non debent nec possunt in to  
 tum remoueri ab auctib; hominum ergo ho  
 die beneficit illa met nuda & simplex tra  
 bitio & detentio sine aliqua possessione si  
 cut de iure naturali ex qua cōmuni senten  
 tia & ratione infero vnum nobum & subtile  
 q; similiante titulo tradatur res & similiante  
 plena possessio eius dominium queritur ex  
 titulo & nuda simplici traditione & de tenta  
 tione non vero ex ipsa possessione & in ter  
 minis ita tenet Petrus de bela Pertica in.l.li  
 cet C.de acquirenda possessione reputans  
 subtile & singulare ad multa.

F I N I S.